UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de Matrimonio

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniae Agrippinae, 1671**

Index Rervm Et Materiarvm, Qvæ In Hoc Opere Continentvr. Littera t. tractatum indicat, littera disputationem, littera n. numerum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-77185

Visual Library

# INDEX
## RERUM ET MATERIARUM,
### QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

Littera t. tractatum indicat, littera d. diſputationem, littera n. numerum.

A

*Abraham.*

Abraham, cùm dixit Saram eſſe ſororem ſuam, voluit veritatem celare, ſed non mendacium dicere Tomo 3. Tract. 2 diſp. 6 num. 20

Non peccavit, cùm filium Iſaac immolare voluit, quia Deus tanquam ſupremus dominus vitæ, & necis omnium dedit ei jus in vitam innocentis, vel eo tanquam miniſtro & executore uti voluit Tom 3. t. 6 d. 3 n. 66.

Ejus devotio eleganter deſcribitur à D Ambroſio. Tom. 4. t. 11. d. 3. n. 4

*Aborſus.*

Aborſum procurare ante animationem fœtûs cenſetur homicidium, & ad illud reductivè pertinet, quia per illum futuri hominis nativitas impeditur. Unde Tertullianus in Apologetico cap. 9. *Nobis homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum in utero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſolvere non licet. Homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci: nec refert natam quis eripiat animam, aut naſcentem diſturbet: homo eſt & qui eſt futurus, & fructus omnis jam in ſemine eſt.* Tom, 3 in diſſertatione de probabilit art, 3. num. 117.

*Abſolutio.*

Hæc ſola verba, *Abſolvo te*, ſunt eſſentialia abſolutioni. To. 5. t. 4 d 2 n. 2.

Forma abſolutionis deprecatoriè prolata, valida non eſt. Ibidem n 16.

Non poteſt dari ſcripto, vel abſenti n 48.

Sententia adverſa damnata fuit à Clemente VIII. n. 54.

Poteſt impendi moribundo, qui in abſentia Sacerdotis ſigna contritionis exhibuit n 74

*Abſtinentia.*

Abſtinentia eſt ſpecies temperantiæ, & virtus cupiditates & delectationes eſculentorum inordinatas refrænans, & in ciborum uſu debitam moderationem conſtituens. Unde proprius ejus actus eſt ſubtractio ciborum, ſecundùm rationem regulata, & in eo conſiſtens, quod homo à cibis abſtineat prout oportet, pro congruentia hominum cùm quibus vivit, & pro valetudinis ſuæ neceſſitate. Tom 4. t 11. d 5 n 7.

*Accidentia Euchariſtica.*

Accidentia Euchariſtica ſunt ſine ſubjecto ſubſtantiali. Quod eſſe poſſibile declaratur ex doctrina D Baſilij docentis primâ die creatam eſſe lucem per ſe ſubſiſtentem, & ab omni ſubjecto ſeparatam Tom. 5. t 3 d 6. n. 2.

Quantitas panis & vini eſt aliorum accidentium ſubjectum. Ibidem n. 16.

Ei divinitùs communicatur modus exiſtendi per ſe, ratione cujus ſubſiſtit independenter à ſubjecto. Ibidem n. 17.

*Actus liber Dei.*

Vide libertas divina.

*Actus humanus.*

Quæ ſit differentia inter actiones hominis, & actiones humanas. Tom. 3. t. 1. d. 1. n 10

Actus humani alij ſunt eliciti, alij imperati. Ibidem n 13.

Prima intellectûs cogitatio, & motus voluntatis indeliberati, non ſunt ſimpliciter & abſolutè actus humani, ſed cauſaliter tantùm & initiativè, quatenus ſunt initium humanæ deliberationis. Ibidem n. 15.

Quadruplicis generis actiones in homine poſſunt diſtingui. Ibidem n. 20.

*Actus indifferens.*

Dantur actus indifferentes ſecundùm ſpeciem, non tamen in individuo. Tom. 2. t. 3. d. 15 num. 4. & 13.

Poëta Ethnicus, multis Theologis æquior, damnat indifferentiam actuum ſingularium, hoc aureo verſu: *Nemo jubeat, digitum exere, peccas.* Ibidem n. 21 in fine.

*Actus otioſus.*

Omnis actio, quæ ad finem honeſtum non ordinatur, eſt otioſa, ſubindeque mala moraliter, Tom. 3. t. 3 d 5. n 22.

Si de verbis otioſis redditur ratio, quanto magis de operibus? Ibidem.

D Bernardus piè & eleganter declarat, quàm gravis, perniciosa, & culpabilis ſit jactura temporis, quod in verbis & operibus otioſis impenditur. Ibidem n. 24.

*Adam.*

Adam fuit creatus à Deo perfectus ſecundùm ætatem, & quantùm ad molem, ſeu magnitudinem corporis. Tom. [illegible] t 8 n. 11.

Fuit productus extra Paradiſum terreſtrem, & ut plures Hebræorum volunt, in agro Damaſceno formatus fuit ex Adamah, hoc eſt terra rubra, qualis eſt terra nondum elaborata, qua vulgo terra virgo dicitur. Ibidem n. 12.

In gratia fuit conditus, & omnibus virtutibus tam moralibus, quàm Theologicis ornatus. Ibidem n. 25. & 29

Habuit in ſua creatione tantam ſcientiæ plenitudinem, ut mortales omnes, Chriſto ſolo excepto, cognitionis amplitudine & certitudine ſuperaverit, Ibidem n 32.

Non cognovit tamen futura contingentia, nec ſecreta cordiũ, nec omnia individua cujuslibet ſpeciei. Ibidem n. 36.

Habuit dominium ſupra omnia animalia & corporea n 39.

Antequam peccaret, errare aut decipi non poterat, nec peccare venialiter, priùs quàm peccaret mortaliter. n. 42 & 48.

Habuit potentiam non moriendi, ſi legem ſibi præſcriptam ſervaſſet, & ab omni ægritudine, dolore, & triſtitia, in ſtatu innocentiæ fuit immunis n. 49. & 57

Primum ejus peccatum fuit ſuperbia, quod tamen præter ſuperbiæ malitiam, inobedientiæ & gulæ habuit deformitatem. Ibidem d. 4 n. 2. & 6.

Fuit graviſſimum, ſi attendantur circumſtantiæ ejus, & damna ex eo ſecuta, n. 12.

Per pœnitentiam peccati ſui veniam conſecutus eſt, & in gratiam Dei reſtitutus, d 5. n. [illegible]

Deus Adæ & uxori ejus, fecit tunicas pelliceas, ut eo veſtitu indicaret eis, quod nuditatem animæ ſuæ à peccato cauſatam, obtegere deberent per virtutem pœnitentiæ, ſeu mortificationis, quæ idoneum peccatorum integumentum eſt, Ibidem n. 4.

*Adjuratio.*

Adjuratio eſt actus externus religionis, qui fit, cùm aliquem ad quippiam faciendum vel omittendum atteſtamur per Deum ipſum, ut ejus amor, timor, vel reverentia ipſum permoveat ad id præſtandum, vel omittendum. Differt à juramento, quia juramentum uſurpamus ad nos ipſos obligandos, vel ad aliquid confirmandum per Dei veracitatem & authoritatem. Adjuramus autem, ut alium obligemus aut adigamus ad aliquid faciendum, vel omittendum, propter reverentiam aut terrorem divinæ majeſtatis. Tom. 4 t. 11 d. 3 n. 25.

*Adoratio.*

Adoratio eſt actus externus Religionis, qui definiri poteſt: *Honor externo corporis geſtu Deo exhibitus.* Tom. 4 t. 11. d. 3. n. 10

Obligatio colendi Deum externâ adoratione, eſt de jure naturæ; cum enim ex duplici natura compoſiti ſimus, intellectuali ſcilicet & ſenſibili, duplicem adorationem Deo offerre tenemur, nimirum ſpiritualem, quæ conſiſtit in interiori mentis devotione; & corporalem, quæ in exteriori corporis humiliatione ſita eſt. Ibidem.

Adoptio.

*Adoptio.*

Adoptio à Theologis & Juriſperitis definitur: *Gratuita aſſumptio perſonæ extraneæ ad alterius hæreditatem.* Tom. 4. t. 8. d. 2. n. 105.

Deus homines juſtos in filios adoptat. Ibidem n. 106. ubi egregia Chryſologi, & Leonis Papæ teſtimonia referuntur.

Forma quæ dat homini eſſe filium Dei adoptivum, ſeu quæ hujuſmodi filiationem fundat, nec eſt divinitas Spiritus Sancti nobis unita, nec habitus charitatis, ſed gratia habitualis, quæ eſt divinæ naturæ participatio. Ibidem n. 109.

Adoptio humana ſupponit in perſona adoptanda naturam ejuſdem ſpeciei, & proportionatam cum hæreditate adoptantis; non verò adoptio divina, quia Deus hominem quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cœleſtem percipiendam. Ibid n. 140.

Adoptare creaturam rationalem in filium, non eſt proprium alicui ex perſonis divinis, ſed commune tribus, quamvis per appropriationem Filio, ut exemplari; & Patri æterno, ut authori attribuatur; & Spiritui Sancto, ut infundenti gratiam, per quam adoptamur & aſſimilamur Deo. Ibidem n. 143.

*Advocatus.*

Advocatus, ſi ſcienter injuſtam cauſam defendat, graviter peccat, & ad reſtitutionem tenetur ejus damni, quod contra juſtitiam per ejus auxilium altera pars incurrit. Tom. 3. in diſſertatione de probabilitate. n. 86.

Ibidem etiam n. 89. refertur formula juramenti, quod emittere jubentur jure Cæſareo omnes cauſarum patroni ſeu Advocati.

*Adulatio, ſeu Adulator.*

Quiſquis malè agentibus adulatur, pulvillum ſeu cervical ſub eorum capite ponit, ut molliùs in ſuis vitiis & peccatis dormitent ac quieſcant, quod reprobatur à Domino per Prophetam dicentem: *Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni capite manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ terræ ad capiendas animas.* Tom 3. in diſſertatione de probabilitate. n. 182. ubi egregia D. Gregorij magni, & Hugonis Victorini teſtimonia referuntur.

*Adulterium.*

Adulterium peccatum graviſſimum eſt, quia deſtruit triplex matrimonij bonum, nempe fidem conjugalem, certitudinem prolis, & ſignificationem ſacramenti. Tom. 5. t 7. d. 6. n. 9.

Copula cum conjugata, etiam conſentiente marito, adulterium eſt. Ibidem n. 10. Refertur ibidem n. 14. egregia hiſtoria, quæ ſub Conſtantij temporibus Antiochiæ accidit, & deſcribitur à D. Auguſtino lib. 1. de ſerm. Domini in monte cap. 16. De hoc etiam fusè diſſeritur in Tractatu de probabilitate n. 120.

*Æqualitas divinarum perſonarum.*

Perſonæ divinæ ſunt perfectiſſimè inter ſe æquales, ideoque Pſalm. 109. Filius ſedere dicitur à dextris Patris, & in fine ejuſdem pſalmi, è contra Pater deſcribitur ut ſedens ad dexteram Filij, ſubditur enim, *Dominus à dextris tuis*: non quòd Perſonæ divinæ mutent ſedes, & modò Filius ad dexteram Patris, modò Pater ad dexteram Filij ſedeat, ſed ut deſignetur nullam inter illos eſſe graduum aut dignitatum diſtinctionem, ſed perfectiſſimam in gloria, majeſtate, potentia, & perfectione inveniri æqualitatē. Tō. 2. t. [illegible] d. [illegible] n. 1.

Relatio æqualitatis inter divinas perſonas non eſt realis, ſed rationis Ibidem n. 11.

In perſonis Divinis non datur relatio realis æqualitatis, fundata in proprietatibus perſonalibus, & virtualiter diſtincta à relationibus originis. Ibidem n. 44.

Perſonæ Divinæ ſunt æquales non ſolùm in magnitudine & perfectione, ſed etiam in æternitate & duratione. Unde Filius, *Splendor Patris*, in Scriptura appellatur, ut Patri coæternus oſtendatur, ſicut ſplendor eſt coævus luci, ut eleganter expendit Ambroſius. Ibidem n. 47.

*Æternitas.*

Æternitas rectè definitur à Boëtio: *Interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio.* Eſt eſſentialiter duratio, & habet rationem menſuræ reſpectu eſſe divini, non quidem formaliter, ſed tantùm virtualiter. Tom 1. t. 1. d. 4. n. 141. 142. 144.

Triplex eſt divinæ æternitatis radix. Ibidem n. 139.

Omnia futura contingentia ſunt præſentia, realiter & phyſicè divinæ æternitati, non per anticipatam illorum productionem in æternitate, diſtinctam ab illa quâ producuntur in tempore, nec per coextenſionem ipſius rei temporalis ad totam æternitatem, ſed per coextenſionem ipſius æternitatis ad illam differentiam temporis, in qua futura contingentia aliquando exiſtent, & fient præſentia t 3. d. 4. n. 208.

Hanc realem & phyſicam futurorum contingentium in æternitate præſentiam, paſſim docent SS Patres, præſertim D. Thomas, qui rectè comparat æternitatem centro; ſicut enim centrum, quamvis indiviſibile, adeſt tamen cuique puncto oppoſito in circumferentia, & omnibus lineis ab eadem circumferentia ad centrum deductis. Ita æternitas: quamvis indiviſibilis, & tota ſimul, adeſt omnibus rebus temporalibus, fluentibus, & ſucceſſivis. Docet etiam, quod Deus ſe habet in ordine ad præterita & futura, ſicut exiſtens in alta ſpecula, ex qua intuetur totam viam, & omnes in ea tranſeuntes. Ibid. n. 212. & ſeq.

Realis & phyſica futurorum contingentium in æternitate præſentia, neceſſariò requiritur, ut Deus habeat invariabilem de illis notitiam, & ut cognitio divina ad illa terminata, obtineat rationem intuitionis Ibidem n. 260

Si tamen per impoſſibile futura contingentia in æternitate Deo realiter non coexiſterent, ea in ſuo decreto [illegible] & immutabili certò cognoſceret. Ibid. n. 294.

*Ævum.*

Ævum eſt menſura, quâ duratio ſubſtantiæ [illegible] lis, ejuſque actiones naturales & neceſſariæ men[illegible] Tom. 2. t. 7. d. 6 n. 1.

Ævum, quamvis ſit indiviſibile & totum ſimul, cùm tamen ſit finitum, non coexiſtit rebus temporalibus [illegible] do actu ſunt, & earum tranſitum & adventum expectare [illegible] bet, ut ea continere & menſurare poſſit. In quo differt ab æternitate, quæ cùm ſit infinita & indiviſibilis, ambit & continet omnia præſentia, præterita, & futura, in uno nunc indiviſibili, & ut loquitur D. Bernardus ſerm. 80. in Cant. *Tempora ſub ea tranſeunt, non ei: futura non expectat, præterita non recogitat, præſentia non experitur.* Ibid. n. 4.

Ævum ſtrictè ſumptum, pro duratione maximè regulari & uniformi, durationem cujuſcumque ſubſtantiæ incorruptibilis menſurante, eſt unicum tantùm, quod nec in Lucifero, nec in anima Chriſti, ſed in ſupremo Angelo reſidet. Ibid. n. 8.

*Affinitas.*

Affinitas eſt conjunctio, vel propinquitas, orta ex copula carnali. Certum eſt, eam in nullo gradu lineæ tranſverſæ dirimere matrimonium jure naturæ; imò probabilior videtur ſententia, quæ docet, ne primum quidem gradum affinitatis in linea recta dirimere matrimonium jure naturali, ſubindeque ſuper eo poſſe diſpenſari. Tom. 5. d. 9. n. 77. & ſeq.

*Alleluia.*

Alleluia idem ſignificat, ac *laudate Deum*, componitur enim ex verbo Hebraico *Hallelu*, hoc eſt laudate, & nomine *Iah*, hoc eſt Deum. Tom. 1. t. 1. d. 7. n. 11.

*Amicitia.*

Quatuor ad veram & perfectam amicitiam conditiones requiruntur. Tom. 4 t. 10. d. 10. n. 3. Inter Deum & homines vera amicitia dari poteſt Ibidem, ubi varia & egregia SS. Patrum teſtimonia referuntur.

*Amor.*

Amor ex Dionyſio eſt virtus unitiva, quæ ſuperiores cum inferioribus, inferiores cum ſuperioribus, quodammodo adæquat, ut parili ſocietate jungantur Tom. 4. t. 10. d. 10. n. 7.

Amor eſt ignea catena, flammeuſque nexus, quo amantium corda inter ſe copulantur. Vel ut ait Auguſtinus, eſt vitta coccinea quos copulans vel copulare appetens, amantem ſcilicet & amatum. Tom. 2 t. 6 d. 10. n. 100.

Amor triplicem includit unionem; unam, quam ſupponit; aliam, in qua conſiſtit; alteram, quam efficit, vel exoptat. Tom 2. t. 6 d. 2. n. 130.

Ficinus ait perfectiſſima omnia in rebus creatis eſſe amoris ſymbola, nam inter planetas Sol ſuo calore amoris ſymbolum eſt; inter elementa, ignis; inter metalla, aurum; & inter gemmas, carbunculus, qui eſt veluti carbo accenſus. Tom 3. t. 1. d. 3. n. 135.

Plato dicebat: Nihil habeo in me majus, quàm quod amo; nihil melius, quàm quod amor. Tom. 3. t. 1. d. 3. n. 1. 4.

Rectus ordo eſt, cognoſcere, ut diligamus; perverſus autem, diligere ut cognoſcamus. Anſelmus. Ibid. n. 136.

Qui Deum vero amore proſecutus fuerit, Deum inveniet, & ſe in Deo recuperabit, quia ad ſuam, per quam creatus eſt, redibit idæam; ubi rurſus reformabitur, quia ideæ ſuæ perpetuò cohærebit. Ideò quiſquis noſtrûm in terris à Deo ſeparatus eſt, non verus eſt homo, ſed ſemihomo, cùm à ſui idæa ſit formaque disjunctus. Marcilius Ficinus in convivium Platonis. Tom. 3. t. 1. d. 3. n. 121.

Amor in via præſtat ſcientiæ, & ardor luci, unde ordo Seraphinorum ſuperior eſt ordini Cherubinorum, quia hæc nomina Seraphim & Cherubim, non fuerunt impoſita ex amore & cognitione patriæ, ſed viæ. Hinc D. Bernardus ſerm. 3. de verbis Iſaiæ alloquens Luciferum, belliſſimè ait: *Bonum erat tibi, ſi ignifer magis eſſes, quàm lucifer.* Ibid. n. 135.

*Amor Divinus.*

Deo cum proprietate competit amor, & non ſolùm gaudium ſuæ bonitatis. Tom. 1. tract 4. diſp. 6. n. 3.

Gaudium & amor ſpecialiter dictus diſtinguuntur in Deo virtualiter. Ibidem n. 19.

Deus non amat creaturas merè poſſibiles. Ibid. d. 1. n. 61.

Amat Deus, nec aliunde hoc habet, ſed ipſe eſt unde amat, & ideò vehementiùs amat, quia non amorem tam habet, quàm hoc eſt ipſe: Bern. Tom. 4. t. 10. d. 10. n. 34

Amore nitet Divinus Pater, amore ornatur æternus Filius, amore etiam pulchreſcit & venuſtatur Spiritus Sanctus: Rupertus. Tom. 2. t. 6. d. 10. n. 127. in fine.

Amor eſt nomen Spiritui ſancto appropriatum. Ibidem n. 134.

*Angelus.*

Dari Angelos Scriptura docet, ratio ſuadet, & experientia probat. Tom. 2. t. 7. d. 1. n. 1. & ſeq.

Fuerunt creati in cœlo Empyreo, & ex illo mali poſt peccatum ad tartara detruſi, *ut ex hoc diſcamus*, ait Bernardus, *quod nuſquam eſt ſecuritas neque in cœlo, neque in paradiſo, multò minùs in mundo. In cœlo enim cecidit Angelus ſub præſentia divinitatis, Adam in paradiſo, de loco voluptatis; Iudas in mundo, de ſchola Salvatoris.* Ibidem n. 31. & ſeq.

Angeli non fuerunt conditi ante mundum corporeum, ſed in ipſo mundi corporei initio, ſeu prima die creationis. Ibid. n. 16. & ſeq.

Angeli ſunt omninò incorporei & immateriales quamvìs plures ex SS. Patribus olim aliter ſenſerint, imò aliqui exiſtimarint, primum peccatum Angelorum fuiſſe impuram illam commixtionem cum filiabus hominum, de qua fit mentio Gen. 2. Ibidem d. 2. n. 1. & ſeq.

Maxima eſt ac propè ſtupenda Angelorum multitudo, & numerum ſpecierum materialium excedit. d. 2. n. 30. & ſeq.

Omnes Angeli ſpecie inter ſe differunt, imò implicat eos intra eandem ſpeciem multiplicari. Ibidem n. 43. & ſeq.

Ex natura ſua ſunt immortales & incorruptibiles, ſubindeque immutabiles ſecundùm eſſe, licèt ſint mutabiles quantùm ad intellectum & voluntatem, & quoad operationem & locum. Unde Iſaiæ 6. Seraphini deſcribuntur ſtantes ſimul & volantes, quia in ſtatione eorum immobilitas, in volatu verò mutabilitas deſignatur. Ibid. n. 87. & ſeq.

Angeli nudis pedibus & alati in ſacris paginis depinguntur, ut eorum ad parendum celeritas demonſtretur. Ibidem n. 107.

Dionyſius cap. 5. de divin. nomin. ait Angelos in veſtibulo collocatos eſſe ſuperſubſtantialis Trinitatis, quia propiùs quàm cæteræ omnes creaturæ ad Deum accedunt, non dignitate gratiæ, ſed perfectione naturæ. Ibidem n. 106

Nazianzenus, ejuſque Commentator Nicetas, cœleſtes illos ſpiritus ſic deſcribunt: Angeli ſunt primi luminis æterni radii, primique ſplendoris adminiſtri, ſupernæ gloriæ ſpectatores, & teſtes, ſupercœleſtes & puriſſimæ naturæ, ad malum immobiles, vel certè non facilè mobiles, perpetuos choros circa principem illam cauſam agitantes, puriſſimo ſplendore illinc perfuſæ, & à ſumma illa pulchritudine adeò informatæ, ut ipſæ quoque alia lumina efficiantur, ac per primi luminis influxiones & communicationes alios illuminare poſſint. Ibidem n. 107.

In Angelo magis relucet Dei ſimilitudo, quàm in homine, unde non dicitur ad ſimilitudinem Dei conditus, ſed ipſum ſignaculum Dei ſimilitudinis, ut quò ſubtilior eſt natura, eo in illo ſimilitudo Dei pleniùs credatur expreſſa, ut ait Gregorius lib. 32. Moral. cap. 18. Ibidem n. 110

Natura Angelica, licèt ſimpliciter ac multipliciter finita ſit, eſt tamen infinita ſecundùm quid. Ibidem n 117 & 118.

Licèt Angeli non habeant corpora ſibi naturaliter unita, ea tamen aſſumere poſſunt, ſed non in eis vitæ vegetativæ aut ſenſitivæ opera exercere. d. 3. n. 1. & ſeq.

Angelus non eſt in loco per ſuam ſubſtantiam immediatè, ſed per operationem tranſeuntem. Unde nihil prohibet Angelos in nullo eſſe loco, ſi nullam operationem circa locum habeant. d. 4. n. 1. & ſeq.

In cœlo Empyreo lumen produbunt, quo innatus ejus ſplendor magis perficitur, & corpus illud cœleſte maximè decoratur & ornatur. Vel ſicut infernus locat Dæmones, quia ut inſtrumentum divinæ virtutis agit in illos, eos detinendo, unde reſultat in illis paſſio dolorifera: Sic cœlum empyreum, ut inſtrumentum divinæ virtutis, ſuaviter detinet ſpiritus, ex qua detentione, & quaſi amplexu, reſultat in eis paſſio lætitiæ, & gaudij accidentalis. Ibid. n. 50. & ſequent.

Angelus non eſt propriè in loco, ſed tantùm metaphoricè, unde ubi angelicum non eſt prædicamentale; nihil enim aliud eſt, quàm ipſa operatio Angeli, ut habet aliquam ſimilitudinem & analogiam cum ubi corporeo. Ibid. n. 70. & ſeq.

Angelus nec actu nec potentiâ eſt in ſpatiis imaginariis, aut ſupra cœlos, nec poteſt moveri localiter in vacuo. Ibidem n. 91. & 95.

Unus Angelus non poteſt illabi menti alterius. Ibid. n 96.

Angeli non ſunt ubique, quoniam, ut ait Damaſcenus, cùm in cœlo ſunt, non ſunt in terra: & cùm in terram à Deo mittuntur, non manent in cœlo. Ibidem n. 98.

Unus Angelus non poteſt naturaliter eſſe in pluribus locis ſuæ virtuti adæquatis, bene tamen in pluribus locis inadæquatis, inter ſe diſtantibus, etiam abſque eo quod exiſtat in medio. Ibidem n. 105. & ſeq.

Poteſt moveri localiter motu tam continuò quàm diſcreto, non tamen in inſtanti. d. 5. n. 1. & ſeq.

Poteſt moveri motu diſcreto, non tranſeundo per medium n. 39.

Actus liberi Angeli menſurantur tempore diſcreto, quod eſt unum tantùm, in Angelo magis ordinatè & regulariter operante exiſtens d. 6. n. 5. & ſeq.

Intelligere Angeli non eſt ejus ſubſtantia, vel ejus eſſe. d. 7. n. 7.

Angelus indiget ſpeciebus ad cognoſcenda alia à ſe, quas non accipit à rebus, ſed habet à Deo infuſas à primo inſtanti creationis; illæ tamen non ſunt propriè & in rigore proprietates ipſorum. d. 8. n. 1. & ſeq

Superiores Angeli per ſpecies magis univerſales, quam inferiores intelligunt. n. 74.

Angelus ſeipſum cognoſcit per ſuam eſſentiam tanquam per formam ſive ſpeciem intelligibilem; non gerit tamen ſubſtantia Angeli in cognitione ſui vices ſpeciei expreſſæ. d. 9. n. 1. & ſeq.

Angeli inferiores non comprehendunt ſuperiores ex viribus ſolius virtutis naturalis ſui intellectûs; ſuperveniente tamen illuminatione Angeli inferioris factâ à ſuperiori, poteſt inferior imperfectè ſuperiorem comprehendere. Ibidem n. [illegible] & ſeq.

Angeli cognoſcunt ſingularia per eandem ſpeciem, per quam naturam ſpecificam illis communem intelligunt. Ibidem n. 59.

Non cognoſcunt futura contingentia ſeu libera, nec cogitationes cordium per vires ſuæ naturæ, & ſecluſo lumine divinæ revelationis. n. 77. & ſeq.

Non poſſunt plura per modum plurium intelligere, nec uti diſcurſu, nec formali compoſitione aut diviſione. d. 10. n. 8. & ſeq.

Angelus ſeipſum & Deum ut authorem naturæ neceſſariò amat, etiam quoad exercitium, d. 11. n. 1 & ſequentibus.

Angeli eguerunt gratiâ, ut in Deum ut authorem ſupernaturalem ſe converterent, eamque in primo inſtanti creationis receperunt, per propriam diſpoſitionem. d. 12. n. [illegible] & ſeq.

Angeli qui in accepta juſtitia & ſanctitate perſeverarunt, beatitudinem ſupernaturalem meruerunt, non tamen per opera illam ſubſequentia, vel per actus naturâ tantùm & cauſalitate priores, ſed tantùm per actus eam duratione præcedentes. Ibidem art. 3. per totum.

Via malorum & bonorum Angelorum, triplici inſtanti completa fuit. n. 44. & ſeq.

Primum peccatum Angelorum, nec aliud fuit, nec eſſe potuit, quàm ſuperbiæ propriè dictæ. d. 13. n. 35. & ſeq.

Objectum excellens in cujus appetitione Angelus primò ſuperbiit, nec fuit, nec eſſe potuit, omnimoda æqualitas cum Deo in natura, nec unio hypoſtatica, ſed beatitudo naturalis, quàm inordinatè appetiit, illam non ordinando ad finem ſupernaturalem. n. 65. & ſeq.

Primum Angeli peccatum non provenit ex ignorantia, vel ex errore, ſed ſolùm ex inadvertentia, ſeu inconſideratione. In primo inſtanti ſuæ creationis peccare non potuit. Ibidem n. 133.

Angelus ſuperior illuminat inferiorem, non imprimendo phyſicè aliquid in eo, nec uniendo ſuum lumen cum lumine inferioris Angeli, ſed proponendo illi objectum antea ipſi incognitum, modo illi proportionato, quod eſt illuminationem Angelorum fieri per modum cujuſdam artificioſi magiſterij, ut quidam loquuntur. d. 15. n. 2. & ſeq.

Certum eſt Angelos inter ſe loqui, ſeu cordium ſecreta & affectus in voluntate latentes ſibi mutuò patefacere. De qua locutione eleganter diſſerit Gregorius magnus lib. 2. Moral. cap. 2. Illa non fit per influxum phyſicum ſpeciei conceptûs Angeli loquentis in intellectum ejus cui loquitur, nec per aliqua ſigna corporea vel ſpiritualia, ſed per ſolam ordinationem ſeu directionem conceptuum, ut declarat Theophilactus explicans verba illa Apoſtoli 1. ad Corinth. 13. *Si linguis hominum loquar & Angelorum*, ſubdit enim: *Angeli porro lingua eſt, vis nimirum illa, quâ ſibi devinarum rerum intellectum, ac divinas cogitationes impertiunt.* Ibidem n. 49. & ſeq.

Tres ſunt Angelorum hierarchiæ, & novem Ordines. Angeli quatuor primorum Ordinum, nunquam mittuntur ad exteriora myſteria. d. 16 n. 1. & ſeq.

Deus per beatorum Angelorum miniſteria, hunc viſibilem mundum gubernat, quare Job 9. orbem ſuſtinere & portare dicuntur. Illis etiam hominum cuſtodia commiſſa eſt, unde ſingulis hominibus ſinguli adſunt Angeli cuſtodes. *Cùm ad nos veniunt* (inquit Gregorius magnus) *ſic exterius implent miniſterium, ut tamen nunquam deſint interius per contemplationem: nam quacumque mittantur, intra Deum currunt.* Moventur juxta Dionyſium triplici motu, circulari, recto, & obliquo. Ibid. n. 46. & ſeq

*Annuntiatio B. Mariæ Virginis.*

D. Bernardus homil. 3. ſuper *Miſſus eſt*, hæc verba Angeli ad B. Virginem: *Dominus tecum*, expendens, ſic ait: *Valde mirandum eſt, quomodo qui Angelum miſerat ad Virginem, ab Angelo inventus eſt eſſe cum Virgine: itane celerior Angelo fuit Deus, ut feſtinantem Angelum celerior ipſe præveniret ad terras? Nec mirum, cujus nomen accelera, feſtina; omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia, velociter currit ſermo ejus. Vidiſti es, Archangele, qui miſit te, præceſſit te.* Tom. 4. diſp. 3. n. 22.

*Apollo Delphicus.*

Apollo Delphicus dixit Jovem ab Hebræa fœmina carnem ſumpſiſſe, & cùm diu mutus extitiſſet, fateri tandem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

coactus eſt Cæſari Auguſto, qui ei Hecatumbem obtulerat, ut ab eo reſponſum obtineret, ſibi impoſitum fuiſſe ſilentium à puero Hebræo, qui Deus exiſtens, cuncta pro arbitrio diſponebat. Item Apollo Mileſius conſultus, & de Chriſto interrogatus, his verbis Chriſtum commendavit: *Mortalibus erat cibus, Chaldæis armis comprehenſus, clavis, fuſtibusque amaram mortem paſſus eſt.* Tom 4. t. 10. d. 1. n. 256.

*Apollonius Tyanæus.*

Apollonius Tyanæus, magus inſignis, paſſeres loqui, & eorum ſermonem ſe intelligere aſſerebat. Tomo 3. t. 1. d. 1. n 69. ubi egregia narratur hiſtoria.

*Apoſtoli.*

Cyrillus exponens verba illa Prophetæ, *fundamenta ejus in montibus ſanctis*, dicit montes illos ſanctos eſſe Apoſtolos, in quibus jacta ſunt Evangelicæ veritatis fundamenta, & qui primos orientis Evangelicæ facis radios excipere meruerunt, à quibus totus mundus illuminatus eſt. Hi etiam ſunt puriſſimi & pleniſſimi Chriſtianæ doctrinæ fontes, de quibus Regius Vates Spiritu Prophetico dicebat: Benedicite Domino de fontibus Iſrael. Ubi Ambroſius: *Dicendi ſunt Apoſtoli fontes, quia veluti fontes puriſſimi gratiâ prædicationis exuberant.* Tom. 4. t. 10. d. 3. n. 38.

Modus admirabilis quo in mundum fides Chriſtiana inducta & propagata eſt per Apoſtolos. Ibidem d. 1. n. 246.

*Aqua.*

Hoc puriſſimum elementum Spiritus Sanctus in ipſius mundi exordio, tanquam propriam ſedem ac vehiculum aſſumere dignatus eſt, ut eleganter deſcribit Tertullianus in libro de Baptiſmo. Aqua eſt ſymbolum gratiæ ſanctificantis, variaſque & egregias cum ea habet analogias & ſimilitudines. Tomo 2. t. 6. d. 10. n. 135. & 13[illegible]. Varias habet qualitates, ob quas conveniens fuit, ut Chriſtus eam pro materia Baptiſmi aſſumeret, Tomo 5 t. 3 d. 1. n 55. & ſequentibus.

*Aſcenſio Chriſti.*

Chriſtus ſuâ paſſione meruit nobis introitum regni cœleſtis, & impedimentum removit; ſed per ſuam aſcenſionem nos quaſi in poſſeſſionem regni cœleſtis introduxit, juxta illud Micheæ 4 *Aſcendit pandens iter ante nos.* Tomo 3. t. 1. d. 6. n. 7 ubi plura de aſcenſione Chriſti.

*Attributa Dei.*

Hebræi attributa divina vocant *Sephirot*, quaſi ſaphiros, ad ſignificandum, quod quemadmodum ſaphirus omnes colores recipit, ſic Deo omnes perfectiones attribuuntur. Tomo 1 t. 1. d. 3 n. 1.

Attributa divina non diſtinguuntur ab eſſentia, nec inter ſe entitativè vel modaliter, alioquin realem cum illa efficerent compoſitionem, divinæ ſimplicitati repugnantem. Unde Bernardus 5, de conſider, *Niſi omnia unum in Deo & cum Deo conſideres, habebis multiplicem Deum.* Et rurſùs: *Tam non eſt ſimplex quod vel uni fuerit obnoxium formæ, quàm nec virgo, vel uni cognita viro.* Ibidem n. 5. & 6.

Repugnat etiam divinis attributis, & naturæ divinæ ſimplicitati & infinitati diſtinctio formalis & ex natura rei, quam Scotus & ejus diſcipuli admittunt. Datur tamen inter attributa divina & eſſentiam diſtinctio virtualis ſeu eminentialis, quæ duplex habet fundamentum; unum remotum, eminentiam ſcilicet divinæ naturæ, æquivalentis pluribus perfectionibus creatis; aliud proximum, nempe limitationem intellectus creati concipientis diſtinctis conceptibus inadæquatis ea, quæ in Deo ſunt maximè unum & ſimpliciſſimum; quare diſtinctio illa non fit ab intellectu beatorum, videntium Deum ut eſt in ſe, ut eleganter declarat D. Bernardus lib. 5 de conſider.

Attributa divina inter ſe & ab eſſentia ita ratione diſtinguuntur, quod eſſentia in ſuo conceptu implicitè includit attributa, & includitur in illis, & quodlibet attributum includit cætera. Ibidem à numero 9. uſque ad 44.

*Attritio.*

Sicut in corporalibus ea dicuntur attrita, quæ aliquo modo diminuta ſunt, ſed non adhuc perfectè comminuta; contrita verò dicuntur, quando omnes partes per diviſionem ad minima redactæ ſunt. Ita in ſpiritualibus attritio ſignificat dolorem imperfectum de peccatis, contritio vero perfectam de illis triſtitiam & diſplicentiam. Varia & inſignia inter attritionem & contritionem reperiuntur diſcrimina. Attritio nunquam poteſt fieri contritio formaliter, bene tamen virtualiter, ſeu æquivalenter. Tomo 5 t. 5. d. 7. n. 19. & ſequentibus.

Attritio ex metu gehennæ eſt actus bonus, & ſufficit ad dignè & fructuosè recipiendum ſacramentum pœnitentiæ, illique conjuncta, æquivalet contritioni, & ad gratiam & juſtificationem diſponit, opinioque adverſa, Tridentino apertè repugnare videtur Ibidem n. 30 & ſequentibus.

Ad recipiendum effectum ſacramenti pœnitentiæ, requiritur attritio vera, ſupernaturalis, & univerſalis, ſeu quæ ad omnia peccata mortalia ſe extendat; unde non ſufficit attritio apparens, ſeu exiſtimata; nec attritio naturalis, exiſtimata ſupernaturalis: nec attritio particularis ex motivo turpitudinis alicujus peccati in particulari, quæ ad alia peccata mortalia diverſæ ſpeciei non ſe extendit. Ibid. n. 71. & ſequ.

*Aureola Beatorum.*

Aureola eſt gaudium quoddam accidentale, quod Beati percipiunt ex victoria, quam in vi alicujus virtutis particularis, puta fortitudinis, aut virginitatis, reportant. Unde eſt diminutum quoddam præmium, reſpectu præmii eſſentialis, quod *aurea*, ſive *corona aurea* appellatur. Triplex aſſignari ſolet, Martyrum ſcilicet, Virginum, & Doctorum, inter quas aureola martyrij cœteris præſtat, quamvis Tertullianus virginitatem præferre martyrio videatur; ait enim: *Majus eſt vivere cum caſtitate, quàm mori pro caſtitate.* Tomo 3. t. 1. d. 3. n. 47. & ſequentibus.

*Avaritia.*

Avaritia ad Epheſ. 5. *Idolorum ſervitus* appellatur, quia ut ibidem S. Doctor lect. 3. obſervat, Idololatria eſt, quando honor ſoli Deo debitus, impenditur creaturæ: Deo autem duplex honor debetur, ſcilicet, ut in eo finem noſtrum conſtituamus, & ut in eo fiduciam noſtram finaliter ponamus: Ergò qui hæc in creaturis ponit, reus eſt idololatriæ. Hoc autem facit avarus, qui finem ſuum in creatura ponit, & etiam totam ſuam fiduciam. Unde Chryſoſtomus homil. 18. in Epiſt. ad Epheſ. *Qui inanimato* (inquit) *ſerviunt auro, clarum eſt, ejuſmodi idolorum eſſe cultores.* Hinc Hebræi vitulum aureum adoraverunt, & Judas triginta argenteos, quos à Principibus Sacerdotum in pretium ſanguinis Chriſti acceperat, projecit in templum, non in ſterquilinium; *quia*, ut ait Ambroſius, *talibus Diis ſuum templum devoverat.* Tomo 3. t. 6. d. 9 n. 48.

Chryſologus de avaritia loquens ait: *Statera ejus iniquiſſima eſt, plus enim in ea ponderat obolus, quàm Deus; plus nummus quàm anima.* Ibidem n. 50

*Augmentum charitatis.*

Quamdiu ſumus in ſtatu viæ, charitas habitualis augeri poteſt, unde Jacob vidit Angelos aſcendentes & deſcendentes per ſcalam, neminem verò ſtantem, quia ſpiritum noſtrum, ſicut & corpus, creſcere vel decreſcere neceſſe eſt. Tomo 4. t. 10. d. 10 n 88.

Licèt charitas viæ pervenire poſſit ad perfectionem intenſivam charitatis patriæ, iſta tamen ſemper illam excedit in ſtatu & modo operandi, quia charitas patriæ eſt conjuncta lumini gloriæ & viſioni beatificæ, à qua regulatur; charitas autem viæ dirigitur & regulatur per cognitionem obſcuram fidei; unde de Joanne Baptiſta Chriſtus Matth. 11 dicebat: *Qui minor eſt in regno cœlorum, major eſt illo.* Ibidem n 94.

Actus charitatis remiſſi augmentum gratiæ & charitatis merentur; gratia tamen & charitas in eſſe habitus & qualitatis, non augentur ſtatim per actus habitu remiſſiores, ſed tale augmentum differtur uſque ad ingreſſum gloriæ, ſeu uſque ad primum inſtans glorificationis, in quo homo prorumpit in actum ferventiſſimum charitatis, per quem ſe diſponit ad augmentum debitum actibus remiſſis in via elicitis. Ibidem n. 140. & ſequentibus.

*Auxilium Dei, vide Gratia.*

## B

*Baptiſmus.*

BAptiſmi elogia ſeu prærogativæ. Tomo 5. t. 3. in præfatione.

Baptiſmi inſtitutio, & illius præceptum. Ibidem d. 1. n. 1 & ſequentibus.

Ejus materia & forma. num 52 & ſequentibus, ubi variæ aſſignantur congruentiæ, quare Chriſtus aquam pro materia hujus ſacramenti elegerit, & variæ aquarum laudes recenſentur num 59

Baptiſmus in nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab utroque collatus, non eſt validus. n 82.

Apoſtolorum tempore validum fuit Baptiſma in nomine ſolius Chriſti collatum. n. 95.

Baptiſmus iterari non poteſt n 106. & ſequentibus.

Convenienter aſſignantur tria Baptiſmata, fluminis, flaminis, & ſanguinis. n. 126.

Baptiſmus parvulis neceſſarius eſt, neceſſitate medij; unde temerarium & erroneum eſt aſſerere, quod deficiente oportunitate baptizandi parvulos, ad eorum ſalutem ſufficiat votum Baptiſmi, à parentibus aut ab aliis conceptum, cum aliquo ſigno exteriori, vel cum aliqua benedictione prolis, ſeu obiatione ipſius ad Deum, cum invocatione ſanctiſſimæ Trinitatis d 3. n. 11.

Baptiſmus fictè ſuſceptus, recedente fictione ex opere operato, ſuum effectum producit. d. 4. n. 15.

*Bajazetus.*

Tempore Bajazeti ſecundi, Taliſmanus quidam, ſeu Mahometicæ ſectæ ſacerdos, Conſtantinopoli in templo Sanctæ Sophiæ, coram ipſo Imperatore, illuſtre reddidit teſtimonium fidei noſtræ, ideoque protinus occidi juſſus eſt. Tomo 4. t. 10. d. 1. n. 260.

*Beatitudo objectiva hominis.*

Beatiudo objectiva hominis non conſiſtit in bonis fortunæ, ſeu in divitiis: Tum quia illæ appetitum hominis non ſatiant, juxta illud Bernardi: *Non plus ſatiatur cor hominis auro,*

*aro, quàm corpus aurâ.* Tum etiam, quia illæ, nec omnia bona afferunt, nec omnia mala excludunt, quin potiùs multas pariunt curas & afflictiones, quæ animum pungunt & lacerant, ideoque ſpinæ Lucæ 8. à Chriſto appellantur. Tomo 3. t. 1, d. 2. n. 1. & ſequentibus.

Beatitudo objectiva hominis, non conſiſtit in honoribus, dignitatibus, ac ſæculari potentia, cùm illa fluxa, caduca, & tranſitoria ſint, *& vapor ad modicum parens*, ut dicitur Jacobi 4. Ibidem n. 6. & 7 ubi variæ mutationes, quæ tam in ſæculari, quàm Eccleſiaſtica poteſtate contigerunt, breviter recenſentur.

Beatitudo objectiva hominis non conſiſtit in aliquo bono corporis, præſertim in voluptate, quæ, ut ait Hugo Victorinus: *Mel habet in ore, fel in corde, aculeum in dorſo.* Et ut dicebat olim Simplicius, brevis inſania eſt, ideòque ſapientiſſimè à natura conſtitutum eſt, ut citò tranſiret, ne diu inſani eſſemus. Ibidem n 12.

Beatitudo objectiva hominis, non conſiſtit in ſcientiis, cùm illæ ſciendi deſiderium cuilibet homini naturaliter inſitum ſatiare nequeant Unde S. Thomas opuſc 61. egregiè obſervat, plures eſſe fontes, ex quibus Philoſophi aquas ſapientiæ haurire conati ſunt, ut animæ ſitim extinguerent, nempe cœlum, elementa, plantas, animalia, & alia corpora mixta; ſed quia objecta illa creata, ſummum bonum non ſunt, nec primam veritatem continent, in illis ſciendi deſiderium extinguere non potuerunt. Ibidem n. 17

Beatitudo objectiva hominis non conſiſtit in virtute, cùm illa non ſit ultimus finis, ſed ad alium finem, nempe Deum, ordinabilis. Unde Auguſtinus: *Non virtus animi tui te facit beatum, ſed qui tibi virtutem dedit.* Et rurſus: *Præmium virtutis erit ipſe, qui virtutem dedit*, n 20

In nullo bono creato, beatitudo objectiva hominis conſiſtere poteſt; ſed in ſolo bono increato, quod cùm ſit univerſale, poteſt perfectè appetitum hominis ſatiare. Ibidem n. 21. & ſequentibus.

Totus mundus per globum ſeu circularem figuram repræſentatur; cor autem hominis eſt figuræ pyramidalis, ſeu triangularis, cujus baſis eſt ſupra, & cuſpis infra, ut docent Anatomici: unde ſicut poſito circulo ſupra triangulum, ſemper aliquis angulus trianguli manet inexpletus, & per alium duntaxat triangulum repleri poteſt, ut demonſtrant Mathematici; ita cor hominis per nullas creaturas mundi globo contentas, ſed ſolùm per alium triangulum, nempe ſanctiſſimam Trinitatem, repleri poteſt. Ibidem.

Eſſentia divina ſine perſonis, non eſt ſufficiens objectum ad beatificandum hominem; unde ſi per impoſſibile Sancti in cœlo Deum ut Trinum non cognoſcerent, non eſſent verè beati, & periret eſſentia beatitudinis. Ibidem n 41.

*Beatitudo formalis.*

Homines non beatificantur in cœlo, per increatam viſionem Dei ſibi unitam, nec per illapſum Dei ſpeciale in eſſentiam animæ, vel in potentias ejus. diſp. 3. n 1. & ſequentibus.

Beatitudo formalis non eſt habitus, aut actus primus, ſed operatio ab intellectu beati efficienter producta. Ibidem n. 26. & ſequentibus.

Beatitudo formalis eſſentialiter & formaliter conſiſtit in operatione intellectûs, nempe clara Dei viſione, per quam homo ſummum bonum adipiſcitur, omniaque ejus deſideria perfectè ſatiantur n. 107. & ſequentibus.

Beatitudo cœleſtis torrenti rectè comparatur. Ibidem n. 127.

Beati diligunt neceſſariò Deum, quantùm ad exercitium; & de ipſo clarè viſo delectantur; ita ſunt impeccabiles ab intrinſeco, ut repugnet peccatum actuale vel habituale cum viſione vel amore beatifico componi. n. 58. & ſequentibus.

De gaudio beatifico, & ejus cauſis, vide ibidem n. 129.

*Octo Beatitudines.*

Beatitudines ſunt operationes quædam donorum Spiritus Sancti, quibus ex inſtinctu & motione ſpeciali Spiritus Sancti ad vitam æternam accedimus; quæ operationes beatitudinis appellantur, vel quia ad beatitudinem faciunt pervenire, vel quia ſunt veluti quædam participationes & inchoationes futuræ beatitudinis. Tomo 3. t 4 d. 6. n 35.

Octo numerantur beatitudines à D. Matthæo, ex quibus quatuor pertinent ad excluſionem & remotionem falſæ beatitudinis, aliæ verò ad diſpoſitionem & tendentiam ad veram & æternam Beatitudinem. Ibidem. Cur verò S Lucas quatuor ſolùm enumeret Ibidem n 37. ratio aſſignatur.

*Beneficium Eccleſiaſticum.*

Philippus Cancellarius Pariſienſis damnatus eſt, eò quòd beneficiorum pluralitati nolens contra aliorum ſententiam renuntiare; in ipſo mortis articulo dixerit, ſe velle vim probabilitatis opinionum experiri, & videre an hæc ad damnationem ſufficeret. Tomo 1. in diſſertatione de probabilitate. n. 55.

*Bigamia.*

Bigamus eſt Ordinis incapax, non quidem jure divino, ſed tantùm humano & Eccleſiaſtico. Triplex à Theologis & Canoniſtis diſtingui ſolet bigamia, vera, interpretativa, & ſimilitudinaria. Tomo 5. t. 7 n. 74. & ſequentibus.

*Bonitas Dei*

Deus eſt ſummè bonus, triplici bonitate. Bonus eſt per eſſentiam, tam ex parte ſubjecti, quam ex parte prædicati. Tomo 1. t 1, d. 4 n. 37. & ſequentibus.

C

*Calvinus.*

CAlvini errores circa gratiam & liberum arbitrium, & præcipua doctrinæ Thomiſticæ & Calviniſtæ diſcrimina. Tomo 1. t 3. in Apologia Thomiſtarum, n. 18. & ſequentibus.

Ex doctrina Calvini aſſerentis gratiam ſpontaneè ſolùm movere liberum arbitrium, & tollere ſeu abſorbere omnem diſſentiendi potentiam, inducitur in actus humanos non ſolum neceſſitas conſequentiæ & hypothetica, ſed etiam conſequentis & abſoluta; unde apertiſſimè ſibi contradicit, dum 1. inſtit. cap. 16. ex Dei decreto in noſtras actiones ſolùm neceſſitatem conſequentiæ derivari aſſerit. Ibidem n. 31. & ſequentibus.

Calvinus variis in locis docet Deum eſſe Authorem peccati, etiam ſecundùm malitiam & deformitatem, pluraque adhuc in ejus inſtitutionibus extabant loca, quibus id expreſsè aſſerebat, ſed ea in poſterioribus editionibus à Calviniſtis eraſa ſunt, ut teſtatur Andreas Duvallius, Doctor Sorbonicus. Ibidem n 114 & ſequentibus.

Perſpecta fuit doctrina Calvini Patri Lemos, eamque rectè expoſuit in Congregatione de auxiliis. Ibidem n. 53. & 128

Tres neceſſitates erroneæ, & libero arbitrio repugnantes. Stoica ſcilicet ſeu fatalis, Manichæa, & Calviniſtica. Ibidem n. 51.

Errores Calvini circa prædeſtinationem & reprobationem, & præcipua doctrinæ Thomiſticæ & Calvinianæ diſcrimina. Tomo 2 t 5. d 5, n. 47. & ſequentibus.

*Carthuſiani.*

Carthuſiani in gravi ægritudine conſtituti, non ſolùm licitè poſſunt abſtinere à carnibus, cum vitæ diſpendio, aut periculo, ſed etiam ad id tenentur; quia quidquid licitum eſt, præcipi poteſt, & fieri ſtatuto neceſſarium, ad boni communis incolumitatem. Similiter aliorum Ordinum Religioſi, poſſunt ex amore & reverentia ſuæ regulæ, ita illam ſervare, ut à morbo liberari nolint, ſi neceſſe ſit Conſtitutiones ſuæ Religionis violare; & ſi ex earum violatione, obſervantia regulæ non parum tepeſceret, & diſciplinæ religioſæ vigor multùm imminueretur. Tomo 3. t. 5. d. 5. n. 68.

*Caſtitas.*

Caſtitas eſt ſpecies temperantiæ, quæ affectum moderatur & cohibet circa delectationes venereas. Ejus encomia eleganter ab Origene deſcripta. Tomo 4. t. 11. d. 6 n. 11.

*Character ſacramentalis.*

Characterem ſacramentalem agnoſcunt SS. Patres, præſertim Dionyſius & Baſilius. Tomo 5. t. 2. d. 4 n. 4.

Imprimitur per tria ſacramenta, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem. Ibidem n. 10.

Non eſt habitus, ſed potentia. Ibidem n 37.

Subjectum proximum & immediatum illius, eſt intellectus practicus. Ibidem n 97.

*Charitas.*

Charitas eſt verè & propriè amicitia hominis cum Deo. Quam amicitiam ſolo luminis naturalis fulgore agnovit Seneca, de quo belliſſimè ait Eraſmus: *Ethnicè loquitur, ſi Chriſtianus ſit; Chriſtianè ſi Ethnicus.* Tomo 4. t. 10 d. 10 n. 1.

Charitas habitualis eſt forma creata, à Spiritu Sancto diſtincta, & animæ intrinſecè inhærens. Ibidem n. 24

Ut ſe extendit ad Deum & proximum, eſt virtus unius ſpeciei atomæ. Ibidem n. 61.

Eſt cæteris virtutibus præſtantior. Ibidem. n. 78.

Magnitudo animæ ex magnitudine charitatis metienda eſt. Ibidem n. 79.

Hujus virtutis encomia, initio hujus diſputationis recenſentur.

*Cherubim.*

Nomen Cherubim, plenitudinem ſcientiæ, ſeu ſcientiam multiplicatam ſignificat. Dionyſius verò Beatos illos Spiritus *Sporrikos* appellat, ſeu divinæ pulchritudinis contemplativos; eoſque ait eſſe ſpecula perlucida, ab omni labe pura, quæ primum divinæ lucis radium recipiunt, & ſine invidia in eos qui ſequuntur infundunt. De illis etiam hæc ſcribit Bernardus: *Cherubim ex ipſo ſapientiæ fonte, ore Altiſſimi haurientes, & refundentes fluenta ſcientiæ, univerſis cœlicolis infundunt.* Tomo 2. t. 7 d. 16. n. 10

Deus dicitur in Scriptura ſedere ſuper Cherubim, non quod ad illos ſpecialiter hæc excellentia & prærogativa pertineat, ſed quia cum vicini ſint Thronis, aliquam cum eis habent affinitatem & cognationem, ratione cujus ea quæ Thronis ſunt propria, Cherubinis interdum attribuuntur, ut eleganter declarat D. Gregorius homil. 34 in Evangel. Ibidem n. 17.

*Chriſtus.*

Chriſtus ordine intentionis, & in genere cauſæ finalis; primus fuit volitus quàm omnia alia ſive ordinis naturalis, ſive ſupernaturalis, ideoque *initium viarum Domini*, ſeu operum Dei ad extra, à SS. Patribus appellatur; in genere tamen cauſæ materialis ſeu occaſionalis, dependet à præviſione peccati. Tomo 4. t. 1. in 3. p. d. 5. n. 46. & ſequentibus.

Chriſtus eſt perſona verè & propriè compoſita ex duplici natura, divina & humana. Item perſona Chriſti eſt compoſita ex naturâ humanâ & perſonalitate Verbi divini. Ibidem d. 6. n. 26. & ſequentibus.

Chriſtus cùm per naturam divinitatis non haberet quo creſceret, per Incarnationem, quomodo creſceret invenit. Ibidem d. 3. n. 11.

Chriſtus terram cœlumque, velut ponte, ita corpore ſuo junxit, ut homines paulatim ad ſublimiora & diviniora erigi conſueſcerent. Ibidem n 12.

Chriſtus venit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſuas nobis conferre virtutes, humana quærere, præſtare divina. Tomo 1. t. 4. d. 7. n. 53.

Chriſtus ut homo, eſt verè & propriè ſervus Dei, non ſervitute legali, ſed naturali. Tomo 4. t. 1. in 3 p. d. 22. n. 3.

Chriſtus ut homo, verè oravit, dum eſſet in hac vita mortali; & nunc in cœlo exiſtens, etiam verè & propriè orat, nobis divina beneficia poſtulando. Ibidem n. 34. & ſequentibus.

Chriſtus ut homo, eſt verè & propriè ſacerdos, ſubindeque mediator inter Deum & homines. Ibidem n. 50. & ſequentibus.

Chriſtus habuit jus regium & dominativum in totum univerſum. Ibidem n. 59.

Sicut in Chriſto fuit poteſtas regia, cum ſumma excellentia; ita & poteſtas legislativa, juxta illud Iſaiæ 53. *Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter.* Ibidem n. 67.

Chriſtus inquantum homo, eſt filius Dei adoptivus. Ibidem d. 23. n. 7. & ſequentibus.

Vide Incarnatio, ſatisfactio Chriſti, gratia Chriſti, ſcientia Chriſti, potentia Chriſti, meritum Chriſti, prædeſtinatio Chriſti, & ſimilia.

*Chriſtianus.*

Omnis Chriſtianorum culpa, Divinitatis injuria eſt, atrocius ſub ſancti nominis profeſſione peccamus. Ipſa errores noſtros Religio, quam profitemur accuſat. Salvianus: Tomo 3. t. 3. d. 3 n. 20.

*Circumciſio.*

Circumciſio per ſe primò inſtituta fuit ad remiſſionem peccati originalis & ſolùm ſecundariò ſeu ex conſequenti, ad conſignandum Dei populum, illumque à cæteris diſtinguendum. Tomo 5. t. 3. d. 5. n. 1. & ſequentibus.

Circumciſio habebat quidem vim quandam moraliter excitantem ad cauſandam gratiam, ſed carebat virtute gratiæ productiva, quæ in ſacramentis novæ legis reperitur. Ibidem n. 11. & ſequentibus.

Non licet Æthiopibus, ſeu Abaſſinis ſe circumcidere, mortificationis gratiâ, vel ad gerendam corporalem cum Chriſto ſimilitudinem. Ibidem n. 24. & ſequentibus.

*Circuminſeſſio Divinarum perſonarum.*

Circuminſeſſio Divinarum perſonarum, quæ à Græcis περιχώρησις appellatur, eſt mutua ac reciproca unius perſonæ divinæ in alia exiſtentia. Tomo 2. t. 6. d 12. n. 49.

Tribus modis una perſona divina eſt in alia: Primò quidem ratione eſſentiæ, quæ omnibus perſonis communis eſt. Secundò, ratione correlationis mutuæ, quâ unum relativum dicitur eſſe in alio ſecundùm intellectum. Tertiò, ratione originis, quæ cùm ſit actio immanens, exigit ut id quod procedit, maneat in principio à quo procedit, & non ſeparetur ab illo. Ibidem.

Ratione charitatis hujus mirabilis divinarum perſonarum circuminſeſſionis in nobis habemus imaginem; ut enim dicitur Joan. 4. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Quæ verba S. Bernardus expendens, ſic ait. *Deus charitas eſt, quid pretioſius? & qui manet in charitate, in Deo manet, quid ſecurius? & Deus in eo, quid jucundius?* Ibidem.

*Circumſpectio.*

Circumſpectio eſt una ex octo partibus prudentiam integrantibus, quas enumerat S. Thomas 2. 2. quæſt. 49. Tomo 3. t. 11. d 1. n. 6.

Circumſpectio dicit attentionem ad omnia quæ occurunt, & conferentiam illius quod in finem ordinatur, cum his quæ circumſtant, ne quid ex neceſſariis deſit in opere. Ibidem.

*Circumſtantiæ.*

Circumſtantiæ ſunt quædam conditiones extra eſſentiam actus humani, ipſum tamen attingentes, vel afficientes. Tomo 3. t. 2. d. 3 n. 1.

Septem enumerantur circumſtantiæ actuum humanorum. Ibidem n. 4.

Actus humani, etiam interni, deſumunt à circumſtantiis aliquam bonitatem vel malitiam. Tomo 3. t. 3. d. 3. n. 19.

Circumſtantiæ perſonæ, loci, temporis, eleganter deſcribuntur à SS. Patribus. Ibidem n. 20 & ſequentibus.

Circumſtantiæ valde notabiliter aggravantes malitiam peccatorum intra eandem ſpeciem, neceſſariò explicandæ ſunt in confeſſione, ut illa integra ſit. Tom. 5. t. 5. d. 10. n. 45. & ſequ.

*Clementia.*

Clementia differt à manſuetudine, licèt enim utraque mitiget iram circa vindictam, ſub diverſa tamen ratione id præſtant; manſuetudo quidem, quatenus id decet animum iræ dominantem; clementia verò, quatenus id conſentaneum eſt homini in poteſtate conſtituto. Unde manſuetudo communis eſt omnibus perſonis, clementia verò propria eſt ſuperiorum Judicum. Enituit hæc virtus præcipuè in Theodoſio, ut eleganter declarat D. Ambroſius in oratione de ejus obitu. Tomo 4. t. 11 d. 6. n. 22.

*Clerici.*

Clerici non obligantur legibus civilibus Principum, quoad vim coactivam, cùm ſint ab eorum juriſdictione exempti, benè tamen quoad vim directivam, & ex æquitate naturali, ratione conformitatis cum aliis membris Reipublicæ. Tomo 3. t. 5. d. 5 n. 75.

Probabilius eſt, exemptionem Clericorum à legibus & juriſdictione Principum ſæcularium, non eſſe ex jure divino, ſed tantùm humano, nimirum ex Summorum Pontificum conſtitutione, & Principum ſæcularium favore. Ibidem.

*Coactio.*

Voluntas non poteſt cogi in actu ab ea elicito, nec quantùm ad actus quos imperat & ſimul elicit; bene tamen quoad actus, ab ea quidem imperatos, ſed ab aliis potentiis ei inferioribus elicitos. Tomo 3. t. 2. d. 1. n. 62. & ſequentibus.

*Cæcitas mentis.*

Peccata & vitia, præſertim carnalia, mentem excæcant; unde peccatum meritò comparatur ſtercori hirundinis, quod cadens in oculos Tobiæ, ipſum excæcavit. Item in hujus rei typum Samſon à Dalila deceptus, & à voluptate devictus, oculos amiſit, & à Philiſtæis ad molam deputatus eſt. Tomo 4. t. 8. d. 1. n. 69.

Tribus modis cœci in Scriptura dicuntur illuminati; nimirum luto, quo Chriſtus linivit oculos cœci nati, Joan. 9. felle piſcis, quo Tobias unxit oculos patris cœci, Tobiæ 11. & melle, quod Jonatas accipiens in ſummitate virgæ deguſtavit, 1. Regum 14. ut per illud innueretur, homines per tria præcipuè noſtræ religionis myſteria illuminari, nempe per myſterium Incarnationis, paſſionis Chriſti, & Euchariſtiæ. Ibidem n. 70.

*Cœlibatus.*

Cœlibatus lege tantùm Eccleſiaſticâ ſacris Ordinibus annexus eſt, rectè tamen & juſtè talis lex ab Eccleſia ſtatuta fuit: antiquiſſima eſt, & à temporibus Apoſtolorum in Eccleſia viguit. Tomo 5. t. 7. d. 3. n. 37. & ſequentibus.

*Cognatio.*

Cognatio eſt impedimentum dirimens matrimonium. Triplex eſt; carnalis, quæ per carnalem generationem derivatur; ſpiritualis, quæ per regenerationem in ſacro fonte Baptiſmatis, & in Chriſmatis ſacramento; & legalis, quæ per legis adoptionem comparatur. Tomo 5. t 8 d. 9. n. 3. & ſequentibus.

*Cognitio Dei.*

Triplex diſtingui poteſt Dei cognitio; una naturalis, quâ Philoſophi ex creaturis Dei attributa contemplantur; alia fidei, per quam fideles ſolâ revelatione ipſum ut authorem gratiæ cognoſcunt; altera clara & intuitiva, quâ ſeſe Deus revelata facie beatis mentibus manifeſtat. Prima comparatur nocti, ratione obſcuritatis. Secunda auroræ, quia tenebris lucem permiſcet. Tertia, quæ æternis ſplendoribus, & fidei umbras, & ignorantiæ tenebras depellit, plenè meridies eſt; quam olim ſponſa optabat Cantic. 1. *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas; ubi cubes in meridie.* Tomo 1. in præfatione Tractatûs de viſione beatifica.

*Choriepiſcopus.*

Duo erant olim genera Choriepiſcoporum, aliqui enim erant veri Epiſcopi, & erant quales nunc ſunt Suffraganei, qui ſunt Epiſcopi titulares aliarum Eccleſiarum: alii verò erant ſolùm Preſbyteri, qui tanquam vicarii Epiſcopi in oppidis majoribus & muratis morabantur. Tomo 5. t. 6. d. 2. n. 26.

*Columba.*

Columba ſymbolum eſt & figura Spiritus Sancti, ratione fœcunditatis, puritatis, & manſuetudinis. Tomo 2. t. 6. d. 10. n. 124. & ſequentibus.

Columba habet ſeptem proprietates, ad deſignandum ſeptem dona Spiritus Sancti; quia ſcilicet ſecus fluenta habitat, meliora grana eligit, alienos pullos nutrit, non lacerat roſtro, felle caret, in cavernis petræ nidificat, & gemitum pro cantu habet. Ibidem n. 128.

Columba quæ apparuit ſuper Chriſtum baptizatum, fuit verum animal, licèt ipſam Spiritus Sanctus in unitatem perſonæ non aſſumpſerit, ſicut Chriſtus humanam naturam Ibid. n. 133.

*Comprehenſio Dei.*

Comprehenſio duobus modis uſurpari ſolet, primò largè & impropriè, pro aſſecutione, & obtentione, ſeu poſſeſſione ejus quod deſiderabatur; juxta illud Apoſtoli: *Sic currite ut comprehendatis*; & ſic eſt una de tribus dotibus animæ, à qua beati appellantur comprehenſores. Secundò ſtrictè, pro cognitione objecti undequaque perfecta, id eſt adæquata cum objecti cognoſcibilitate, per quam objectum cognoſcitur, quantùm cognoſcibile eſt. Tomo 1. t. 2. d. 4. n. 23.

Annomæi comprehenſivam Dei cognitionem ſtultiſſimè ſibi arrogabant. Ibidem d. 1. n. 51.

Auguſtinus de Roma, Epiſcopus Nazarenus, aſſerebat animam Chriſti Deum comprehendere. Ibidem d. 4. n. 24.

Beati Deum comprehendunt; imò implicat, aliquem intellectum creatum, etiam de abſoluta potentia, Dei eſſentiam comprehendere. Ibidem n. 25.

Deus quatuor modis dici poteſt incomprehenſibilis, ſcilicet loco, tempore, intelligentiâ & amore. Prima incomprehenſibilitas ipſi competit, ratione immenſitatis; ſecunda ratione æternitatis; tertia, ratione infinitatis & ſummæ immaterialitatis; quarta demum, ratione ſummæ bonitatis & pulchritudinis. Ibidem n. 46.

*Communio. Vide Euchariſtia.*

*Concilium.*

Concilium eſt congregatio primorum Eccleſiæ, ſub uno certo capite, ad controverſias fidei definiendas, legeſque univerſales, ad totius Eccleſiæ mores ſpectantes, condendas. Tomo 4 t. 10 d. 5. n. 1.

Concilium quadruplex eſſe poteſt, generale, nationale, provinciale, & diœceſanum. Ibidem n. 2

Concilium generale, legitimè congregatum & celebratum, non poteſt errare, in determinando res fidei Ibidem n. 5.

*Concubina.*

Periculoſa & erronea eſt Joannis Sancij ſententia, aſſerentis concubinarium non teneri pellere domo concubinam, imò poſſe illam admittere ad ſui famulatum, ſi abſque illam vitam tranſigeret triſtiùs & epulæ ab aliis præparatæ, tædio ipſum afficerent. Tomo 3. in diſſertatione de probabilitate, n. 118.

*Concupiſcentia.*

Concupiſcentia appellatur ab Apoſtolo peccatum, non quòd ſit peccatum formaliter, ſed quia ex peccato eſt, ſcilicet originali, & ad peccatum inclinat, videlicet actuale, ſeu quod idem eſt, appellatur peccatum, quia eſt effectus peccati originalis, & cauſa peccati actualis Tomo 3. t. 5. d 7. n. 78.

Concupiſcentia eſt materiale in peccato originali, eo modo quo in actuali actus exterior habet ſe ut materia, reſpectu interioris, vel converſio. reſpectu averſionis Ibidem n. 84

Quomodo concupiſcentia augeat voluntarium, & cauſet involuntarium ſecundùm quid; Vide Tract. 2. d. 1. n. 119. & ſequentibus.

*Conditio.*

Error ſeu ignorantia conditionis ſive ſervitutis dirimit matrimonium jure civili & canonico, non tamen jure naturali. Tomo 5. t. 8. d. 9. n. 7.

*Confeſſio peccatorum.*

Confeſſio peccatorum eſt ſalus animarum diſſipatrix vitiorum, reſtauratrix virtutum, expugnatrix dæmonum. Obſtruit os inferni, aperit portas paradiſi. Tomo 5. t. 5. d. 11. n. 26. Vide ibidem plura alia quæ SS. Patres congerunt in laudem confeſſionis.

Confeſſio ſacramentalis eſt jure divino præcepta. Ibidem d. 8. n. 2.

Datur etiam præceptum Eccleſiaſticum de annua confeſſione proprio ſacerdoti facienda. Ibidem n. 14. & ſequentibus, ubi varii caſus conſcientiæ reſolvuntur.

Solus Sacerdos eſt miniſter confeſſionis ſacramentalis; in caſu tamen neceſſitatis, v. g. in evidenti periculo alicujus naufragii, deficiente Sacerdote peccator, humilitatis & devotionis causâ, & ad excitandam contritionem de peccatis, poteſt laico confiteri. Ibidem d. 9. n. 1 & ſequentibus.

In miniſtro confeſſionis juriſdictio prorſus neceſſaria eſt, non ſolùm ut licite, ſed etiam ut validè abſolvat. Ibid. n. 11. & ſequ.

Poteſt dari confeſſio ſacramentalis valida, & tamen informis. Ibidem d. 10. n. 3.

Formalis integritas ſemper eſt neceſſaria ad valorem confeſſionis, non tamen integritas materialis, plures enim ſunt cauſæ excuſantes ab integritate materiali confeſſionis. Ibidem n. 30. & ſequentibus.

Circunſtantiæ valde notabiliter aggravantes malitiam peccatorum intra eandem ſpeciem, neceſſariò explicandæ ſunt in confeſſione, ut illa integra ſit. Ibidem n. 45.

Quando pœnitens aliter ſuum peccatum explicare non poteſt, quàm perſonam complicis revelando, poteſt, imò & tenetur, ob integritatem ſuæ confeſſionis, perſonam complicis indirectè manifeſtare. Ibidem n. 71. & ſequentibus.

Tam ſtricta eſt ſigilli confeſſionis obligatio, ut nequidem in periculo boni communis, liceat illud violare. Ibidem d. 11. n. 4. & ſequentibus.

*Confirmationis Sacramentum.*

Ritus ille, qui in Eccleſia Catholica confirmatio appellatur, eſt verum novæ legis ſacramentum. Tomo 5. t 3. d. 6. n. 1. & ſeq.

Probabilius eſt, ſacramentum confirmationis fuiſſe à Chriſto inſtitutum in nocte cœnæ Ibidem. n. 19.

Ejus materia remota eſt chriſma, confectum ex oleo per Epiſcopum benedicto, & balſamo. Ibidem n. 21. & ſequentibus, ubi variæ difficultates reſolvuntur.

Ex diſpenſatione & commiſſione Papæ, ſimplices Sacerdotes validè & licitè confirmare poſſunt, non tamen ex commiſſione Epiſcopi. Ibidem n. 83. & ſequentibus.

*Conſanguinitas.*

Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem [...] deſcendentium, carnali propagatione contractum. To[...] 8. d. 9. n. 35.

Conſanguinitas quarundam perſonarum impedit m[...] nium jure naturæ, & quarundam jure tantum Eccleſ[...] Ibidem n. 40.

Probabilius eſt, matrimonia conſanguineorum in [...] gradu lineæ tranſverſæ, ſeu inter fratrem & ſororem, [...] naturæ irrita. Ibidem n 42 & ſequentibus.

*Conſcientia.*

Conſcientiam abyſſum eſſe impenetrabilem, elegant[...] clarat D. Bernardus, Tomo 3 in diſſertatione de proba[...] te n. 1.

Conſcientia idem eſt ac cordis ſcientia, vel ac con[...] ſcientia Ibidem n. 2.

Non eſt potentia, nec habitus, ſed actus, non volunta[...] intellectûs, nempe judicium intellectus practici, de bo[...] nitate vel malitia eorum quæ hic & nunc à nobis agend[...] Ibidem n. 3.

Dividitur in certam, probabilem, & dubiam, ad qua[...] citur ſcrupuloſa. Ibidem n 7.

De conſcientia bona eleganter diſſerit Hugo Victorin[...]

*Conſenſus.*

Conſenſus eſt actus quo voluntas conſentit in media [...] tellectu propoſita. Tomo 3. t. 2 d 1 n. 13.

Cùm voluntas per conſenſum fertur ad plura media, [...] talis conſenſus, eſt actus realiter diſtinctus ab electione; [...] autem fertur in unicum medium, tunc conſenſus & [...] ſolâ ratione differunt. Ibidem n. 16.

*Conſenſus matrimonii.*

Licèt potentiâ Dei abſolutâ, vinculum matrimonii [...] fieri abſque conſenſu ipſorum conjugum, non tamen [...] humanâ, civili, vel Eccleſiaſticâ. Tomo 5. t. 8. d. 4. n. [...]

Conſenſus ad validitatem matrimonii requiſitus, de[...] verus, unde ad illius valorem conſenſus fictus non [...] Requiritur etiam ad ejus validitatem, ſignum aliquod [...] rius, expreſſivum conſenſus interioris. Ibidem n. 1[...] quentibus.

Licèt jure veteri Eccleſiaſtico matrimonia clandeſ[...] deſtino facta non eſſent irrita, jure tamen novo, per Tri[...] num inducto, invalida ſunt. Ibid. n. 43. & ſequentibus.

An & quo jure matrimonium factum ex metu gravi, [...] virum conſtantem cadente, irritum ſit. Ibidem n. 71. & [...] tibus declaratur. De conſenſu vero conditionato agi[...] dem n. 103. & ſequentibus.

Conſenſus expreſſus in copulam non eſt de eſſentia [...] monii, ad ejus tamen eſſentiam & valorem requiritur c[...] ſus implicitus in copulam, non ſolùm ex parte contrah[...] etiam ex parte contrahentis. Ibid. n. 135. & ſequentibus.

*Conſilium.*

Conſilium in homine non importat ſolùm inquiſitionem [...] conſultationem de mediis, ſed etiam judicium ſeu ſent[...] intellectûs de eorum convenientia & bonitate. In Deo [...] non dicit inquiſitionem & conſultationem de mediis, [...] tum judicium rationis practicæ de eorum convenientia & [...] nitate. Tomo 3. t. 7. d. 10. n. 4. & ſequentibus.

*Conſilia Evangelica.*

Chriſtus adimplevit præcepta veteris legis, ſuperad[...] in nova lege conſilia Evangelica. Tomo 3 t. 6. d. 12. n. [...]

*Conſilii donum.*

Officium hujus doni eſt, præcipere agenda neceſſaria ad [...] lutem, ex vi affectûs experimentalis, & quaſi guſtûs divini [...] ac proinde præter regulas communes prudentiæ. De hoc [...] no eleganter diſſerit D. Gregorius in Moralibus. Tomo [...] t. 4 d. 6. n. 28. & 29.

*Conſuetudo.*

Conſuetudo eſt *jus quoddam moribus inſtitutum, quod [...] lege ſuſcipitur, cùm deficit lex*, ut ait Iſidorus apud Gratian[...] diſt. 1. cap. *Conſuetudo*. Tomo 3. t. 6. d. 7. n. 1.

Conſuetudo & præſcriptio in aliquibus conveniunt, & [...] multis differunt. Ibidem n. 2.

Quomodo conſuetudo differat ab uſu & more, & à ſtatuto [...] ſtilo, ibdem n 3 & 4 declaratur.

Conſuetudo legitimè introducta triplicem habet vim, ne[...] pe inſtituendi, abrogandi, & interpretandi legem; poteſt enim [...] novam legem inſtituere, veterem abrogare, & dubiam inter[...] pretari. Ibidem n. 6.

Quod tempus neceſſarium ſit, pro juſta & legitima conſue[...] tudinis introductione, ibidem n. 16. & 17 declaratur.

*Continentia.*

Continentia dupliciter ſumitur, primò pro virtute refræ[...] nante & reprimente paſſiones, quæ ſunt circa venerea, qu[...] pacto convertitur cum caſtitate; & pro habitu quodam, per [...] quem voluntas reſiſtit paſſionibus concupiſcibilis, taliter[...] in bono firmatur, ut quamvis hujuſmodi paſſiones ebul[...] gant & intumeſcant., non trahitur ab illis contra rectum ju[...] dicium rationis; & ſic eſt pars potentialis temperantiæ. Tomo 4. t. 11. d. 6. n. 20.

Cro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Contingens.*

Effectus Contingens ille dicitur, qui procedit à cauſa quæ impediri poteſt; & conſequenter, etſi cauſa aliquando in ejus productionem inclinet, poteſt tamen non evenire. Tomo 2. t 3. d. 4. n. 16. & ſequentibus.

*Contritio.*

Contritio derivatur à verbo contero, quod ſignificat rem duram in minutiſſimas partes dividere ſeu reducere; nam quia peccatum cor & voluntatem hominis obdurat, actus ille, quo hæc duritia tollitur, & peccatum deletur, meritò contritio appellatur Tomo 5. t. 5. d. 7. n. 1.

Contritio conſiſtit eſſentialiter in dolore de peccato, ut eſt offenſa Dei, & præſuppoſitivè tantùm in odio ſive deteſtatione ipſius Ibidem n. 5.

Contritio differt eſſentialiter ab attritione. Ibidem n 20. & ſequentibus, ubi variæ inter contritionem & attritionem differentiæ recenſentur.

Contritio ſemper habet conjunctam remiſſionem peccati mortalis, etiam ante receptionem actualem Sacramenti. Ibidem d. 3. n. 28.

Contritio non concurrit formaliter, ſed tantùm diſpoſitivè, ad expulſionem peccati; nec ipſum efficienter phyſicè, ſed moraliter tantùm, ſeu per modum ſatisfactionis & compenſationis, expellit. Ibidem n 45. & ſequentibus.

Jure naturali tenentur omnes qui ſunt in peccato mortali actum contritionis elicere, ſi non poſſint ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere; non obligantur tamen ſtatim ac peccatum commiſſum eſt, vel quandò primùm memoriæ occurrit, aut in ſingulis diebus feſtis, talem actum elicere, bene tamen in articulo, vel periculo mortis. Ibidem d. 7. n. 82 & ſequentibus.

*Crimen, ut eſt impedimentum matrimonij.*

Duplex eſt crimen, matrimonium dirimens, ſeu impediens, ne validè contrahatur: primum eſt occiſio alterius conjugis, quæ impedit ne conjux ſuperſtes poſſit matrimonium inire cum authore necis, ſi cum eo mortem machinatus eſt, vel ſi antea adulterium cum eo commiſit, etiam ſine mortis machinatione. Secundùm eſt, adulterium commiſſum, cum promiſſione futuri conjugii, cum adultera, poſt obitum proprii conjugis. Tomo 5. t. 8. d. 9. n. 52. & ſequentibus.

*Crux Chriſti.*

Chryſoſtomus Chriſti crucem, *mundi lampadem*, appellat, & Baſilius Seleucus Homil. de Transfigur. docet quod Chriſto moriente & in cruce pendente, ſol ferre non valens crucis ſplendorem, lucis ſuæ radios abſcondit: *Vidit* (inquit) *ſol qua prius non didicit, ut qui doctus ſit abſcondi, alterius luminis illuſtratione.* Tomo 4. t. 8. d. 1. n. 71.

D.

*David.*

DAVID non peccavit, cùm panes propoſitionis comedit, Tomo 3. t 5. d. 5. n. 59.

Davidis lyra figura erat Chriſti in cruce pendentis, quem Auguſtinus, *miſericordiæ lyram*, appellat. Tomo 2. t. 7. d. 2. n. 22.

Davidis Paræi, inſignis Calviniſtæ, verſus, quibus aſſerit, Calvinum quidem, ſed non Calviniſtas, Deum facere authorem peccati, Tomo 1. in Apologia Thomiſtarum, n. 121.

*Dæmon.*

Dæmon *Behemot* dicitur ob malitiam, & in homines crudelitatem: *Leviathan* verò, hoc eſt ſerpens, ſive draco, propter aſtutiam, & nocendi artes, ut ait D. Gregorius. Tertullianus verò ipſum appellat *ſerpentem lucifugam, colubrum tortuoſum, & divinæ imaginis prædonem*, Vocatur etiam apud Job, μιρμικόλεων, id eſt, monſtrum quoddam ex formica & leone compoſitum, quia, ut ait D. Gregorius, titillat ut formica, & ut leo ſævit ac debacchatur. Tomo 2. t. 7. d. 16. n. 76.

Dæmones ſunt obſtinati in malo, & pœnitentiæ incapaces, juxta illud D. Gregorii 34. Moral. cap. 6 *Cor antiqui hoſtis, ut lapis indurabitur, quia nullâ unquam converſionis pœnitentiâ mollietur.* Tomo 2. t. 7. d. 14. n. 7.

Hujus obſtinationis duplex eſt cauſa, una extrinſeca, nimirum ſubſtractio divinæ gratiæ; alia intrinſeca, nempe liberi arbitrii inflexibilitas, proveniens ex eo quod connaturale eſt Angelo immobiliter adhærere objecto, quod ſemel omnino deliberatè & perfectè apprehendit & amplexus eſt. Ibidem. n. 2 & ſequentibus.

Dæmones torquentur ab igne inferni, per alligationem eorum ad ipſum, quæ fit per aliquam qualitatem realem, in ſolis eorum potentiis operativis receptam; nec datur aliud tormenti genus, quo acerbius torqueantur. Fictitia verò eſt qualitas, ſubſtantiam Dæmonis fœdans, deturpans, & veluti maculans, quam aliqui Recentiores imaginantur. Ibidem n. 32. & ſequentibus.

*Decalogus.*

Deus non poteſt diſpenſare in præceptis Decalogi diſpenſatione propriè ſumptâ, ut eſt quædam relaxatio ac remiſſio præcepti erga aliquem; diſpenſatione verò impropriè ſumptâ, pro mutatione materiæ, aut circumſtantiæ, quibus variatis, ceſſat lex & obligatio præcepti, poteſt diſpenſare in præceptis ſecundæ tabulæ, quæ ordinant immediatè ad proximum; non verò in præceptis primæ tabulæ, quæ ordinant immediatè ad Deum, Tomo 3. t. 5 d 3. n 72.

*Decretum Dei.*

Decretum Dei non conſtituitur adæquatè vel inadæquatè per actionem tranſeuntem, quâ Deus creaturas ad extra produxit: vel per effectus ad extra productos, aut per reſpectum rationis ad creaturas. Tomo 1. t. 4. d 3. n. 16 & ſequentibus.

Non ſuperaddit actui neceſſario aliquam perfectionem, vel modum realem, ab illo ratione diſtinctum, ſed ſolam terminationem, ſub conceptu terminationis defectibilem, & indefectibilem ſub ratione entitatis. Vel, ut alii volunt, ſolam connotationem ad creaturam, defectibilem quantùm ad id quod importat in obliquo, non verò quantùm ad id quod dicit in recto. Ibidem n. 20. & ſequentibus.

Decreta divina de actibus noſtris liberis, ſunt de ſe & ab intrinſeco efficacia, non verò purè indifferentia, & expectantia determinationem à libero arbitrio. Ibidem diſp 5. per totam, ubi ex Scriptura, SS. Patribus, variiſque rationibus, hæc veritas demonſtratur, & oſtenditur, decreta indifferentia, qualia á Recentioribus admittuntur, eſſe quidem imaginationi ſpecioſa, ſed rationi inviſa, & ex illis plura abſurda & inconvenientia ſequi.

Omnia quæ olim á Pelagianis & Semipelagianis contra Auguſtini ſententiam objiciebantur, nunc à defenſoribus ſcientiæ mediæ Thomiſtis opponuntur, & ex Auguſtini doctrina ab ipſis diluuntur Unde meritò licet illud Proſperi contra Collatorem reponere: *Quid de eliſarum argumentationum ratiunculis fracta ſtudetis arma colligere?* Ibidem n 89. & ſequentibus.

Leſſius Decreta Thomiſtarum *ferrea & adamatina* vocat. Thomiſtæ decreta indifferentia Leſſii & aliorum Recentiorum, rectiùs decreta *cerea* & *plumbea* appellare poſſunt, utpote quæ ſponte liqueſcant, & ſigillationem ab humana voluntate expectent. Vel ut veriùs dicam, decreta illa *vitrea* meritò dici poſſunt, ut enim verbis Auguſtini utar: *Quaſi lucent vanitate, ſed franguntur veritate* Ibidem ante numerum 57. & n. 96.

Argumentum deſumptum ex inexcuſabilitate peccatorum, in Adverſarios retorquetur, & multipliciter diluitur. Ibidem n. 122.

Divinorum decretorum efficacia, ad ſtatum innocentiæ Angelorum & hominum, etiam juxta Auguſtini mentem & doctrinam, extendenda eſt. Ibidem n. 154.

In Deo admittenda ſunt decreta conditionalia. Tomo 1. t. 3. d. 5. n. 27.

*Deus.*

Deum eſſe, eſt propoſitio per ſe nota quoad ſe, non tamen quoad nos. Tomo 1. t. 1. d. 1. n. 5. & 6.

Quinque rationes principales elegit D. Thomas ad probandum Deum eſſe, & ad deſtruendum atheiſmum; ſicut olim David ad debellandum & proſternendum Goliath, elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, Ibidem n. 25. & ſequentibus.

Exiſtentia Dei ex magno & parvo mundo, id eſt ex artificioſa mundi ſtructura, & mirabili hominis compoſitione demonſtratur. Ibidem n. 48. & ſequentibus.

Summi Numinis unitas duodecim rationibus demonſtratur, oſtenditurque polytheiſmum eſſe atheiſmum, ſeu plurium Deorum admiſſionem, eſſe unius veri Dei negationem, juxta illud Tertulliani: *Veritas Chriſtiana diſtinctè pronuntiavit, Deus ſi non unus eſt, non eſt.* Ibid n. 65. & ſequentibus.

Hoc Deus eſt, quod cùm dicitur, non poteſt dici, cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari; cùm definitur, definitione creſcit. Ib. d. 2.

Natura divina, ſub ratione naturæ, ſeu principii radicalis attributorum, non conſtituitur per infinitatem, vel per rationem entis increati, & per eſſentiam, aut per intellectualitatem radicalem, ſed per ipſum intelligere actuale. Ibid. n. 10. & ſequentibus.

Non datur diſtinctio virtualis inter eſſentiam Divinam, ſub conceptu eſſentiæ, & ſub conceptu naturæ. Ibidem n. 5. & ſequentibus.

Deus ſimpliciſſimus eſt, & omnis realis compoſitionis expers. Ibidem d 4. n. 3.

Non debet in illo admitti compoſitio rationis ex genere & differentia, Ibidem n. 12.

Triplici bonitate bonus eſt, infinitus, immenſus, & præſens in omnibus rebus per operationem, virtualiter tranſeuntem; unde non eſt actu in ſpatiis imaginariis, ſed potentiâ tantùm ſeu virtute. Eſt etiam immutabilis, ſubindeque æternus, & ut loquitur Dionyſius, *omnium ævum & tempus: ante dies, ante ævum, ante tempus.* Quod egregiè declaratur Danielis 7. in viſione illa, quâ antiquum dierum ſedere vidit. Ibidem à n. 34. uſque ad 141.

*Deliciæ paradiſi.*

Duæ differentiæ egregiæ inter delicias terrenas & cœleſtes. Tomo 3. t 1. d. 3. n. 129.

Quàm ingens ex viſione beatifica in beatis delectatio oriatur. Ibidem n. 126.

Delectatio beatifica rectè torrenti comparatur. Ibidem n. 127.

Deus in cœleſti gloria, æternum faciet electis ſuis convivium, in quo omnium deliciarum florem, & omnium bonorum medullam miniſtrabit, juxta illud Iſaiæ 25. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ.* Ibidem n 132.

*Devotio.*

Devotio eſt voluntaria quædam promptitudo ad Dei cultum & famulatum, juxta illud Exodi 15. *Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſrael obtulerunt mente promptiſſima atque devota primitias Domino*, Eſt actus internus religionis, Tomo 4. t. 11. d 3. n. 4.

Devotio Abrahami eleganter deſcribitur á D. Ambroſio. Ibid.

*Dilectio Dei & proximi.*

Dilectio Dei & dilectio proximi, ab eodem charitatis habitu procedunt: *Sunt duo* (inquit Gregorius) *iſti amores, duæ quadam partes, ſed unum totum eſt, ex utriſque compoſitum; duo annuli, ſed catena una; duæ actiones, ſed una virtus; duo opera, ſed una charitas; duo apud Deum merita, ſed unum ſine alio inveniri impoſſibile eſt.* Tomo 4 t.10.d.10.n 62.

*Dilectio inimicorum.*

Dilectio inimicorum eſt ſignum prædeſtinationis, juxta illud Auguſtini: *Dilectio ſola diſtinguit inter filios Dei & filios diaboli.* Unde Salomonis Templi, quod cœleſtis habitationis typus fuit, ſingulæ portæ ex olivarum lignis erant conſtructæ, ut ſignificaretur, quod miſericordia & inimicorum dilectio, cœli portas aperit. Tomo 2.t.5.d. n.31.

Odium inimicorum non erat permiſſum in veteri lege. Tomo 3. t.6 d 11.

*Diſparitas cultus.*

Unum ex impedimentis matrimonii eſt cultus Diſparitas, quando ſcilicet baptizatus, ſive Catholicus ſit, ſive Hæreticus, matrimonium init cum non baptizata, aut vice verſâ: matrimonium enim inter illos contractùm, jure Eccleſiaſtico irritum eſt, etſi perſona nondum baptizata, ſit catechumena & fidelis. Matrimonia cum Hæreticis non ſemper illicita ſunt, ſed poſſunt, juſta de cauſa, permitti, vel tolerari.

*Diſpenſatio.*

Diſpenſatio eſt juris communis relaxatio, facta cum cognitione cauſæ, ab eo qui jus habet diſpenſandi. Tomo 3.t.6 d.10.n.1.

Quomodo diſpenſatio differat à legis interpretatione, à privilegio, & abſolutione. Ibidem n 2,3.& 4 declaratur.

Diſpenſatio rectè vulnus, ſeu vulneratio legis, appellatur. Ibidem n.5.

Diſpenſatio propriè & ſtrictè ſumpta, non cadit in legem divinam, ſed ſolùm in legem humanam. Ibidem n 6.

Non licet ſuperiori ſubditum ſine juſta cauſa à lege humana diſpenſare; ſi tamen diſpenſet, diſpenſatio valida eſt, eaque uti poteſt inferior tuta conſcientia. Ibidem n 9.& ſequentibus.

Diſpenſatio facta à Summo Pontifice in votis, vel in aliis quæ ſunt de jure divino, aut naturali, ſine legitima cauſa invalida eſt, ſubindeque ſic diſpenſatus, non poteſt, tuta conſcientia, tali diſpenſatione uti. Ibidem n.13.

Summus Pontifex poteſt validè diſpenſare, ex plenitudine ſuæ poteſtatis, in quibuscunque legibus ac ſtatutis Conciliorum generalium, & aliorum Summorum Pontificum, etiam ſine legitima cauſa; cùm omnes iſtæ leges ſint juris humani, ſupra quod ſummus Pontifex habet ſupremam & plenam poteſtatem. Ibidem n 14.

*Divitiæ.*

Divitiæ ab Apoſtolo comparantur ſtercori. Tom.3.t.4.d.2.n.5

Propheta divites avaros, *viros divitiarum* appellat, non divitias virorum, ut oſtendat eos non eſſe poſſeſſores divitiarum, ſed à divitiis poſſideri, ut rectè annotavit Ambroſius. Ibidem n.4.

Divitiæ comparantur ſpinis à Chriſto, quia, ut ait Gregorius, *cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant*, Ibidem.

Auguſtinus de illis ait; *ſi fuerint ſupra nos, demergent nos; ſi fuerint infra nos, attollent nos.* Tomo 3.t 6.d.11. n. 16.

*Dona Spiritus ſancti.*

Dona Spiritus ſancti ſunt habitus diſtincti à virtutibus infuſis, ſive Theologicis, ſive moralibus. Tomo 3.t.4 d 6.n.4 & ſeq.

Septem dantur Spiritus ſancti Dona, figurata per ſeptem oculos ſuper lapidem unum, de quibus fit mentio Zachar 3. & per ſeptem lucernas, de quibus dicitur Exodi 25. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum*, & deniq; per ſeptem crines, in quibus fortitudo Samſonis poſita erat, ut habetur Iudicum 16. Ibidem n.25.& 26.

Hæc ſeptem dona in particulari, ibidem n.27.& ſequentibus, explicantur.

*Dotes animæ beatæ.*

Cum in beatitudine ſit conjunctio perpetua inter animam & Deum, & veluti ſpirituale quoddam connubium, rectè à Theologis aſſignantur dotes, quaſi ornamenta quædam ſponſæ, ſeu animæ beatæ, ſcilicet viſio, comprehenſio ſeu tentio, & delectatio. Tomo 3.t.1.d.5 n.1.& ſequentibus.

Hujuſmodi dotes conſiſtunt in habitibus, connotando operationes, tanquam proprios actus. Ibidem n.9

Dos comprehenſionis conſiſtit in habitu gloriæ, ut tenente habitualiter viſionem, quæ eſt tentio & comprehenſio actualis. Ibidem n.17.& ſequentibus.

*Dotes corporis glorioſi.*

Quatuor ſunt dotes corporis glorioſi, nimirum impaſſibilitas, ſubtilitas, agilitas, & claritas. Ibidem.n.23.

De illis ſigillatim agitur ibidem n 26.& ſequentibus.

E.

*Eccleſia*

ECCLESIA rectè definitur ſocietas viſibilis fidelium baptizatorum, ſub uno capite Chriſto in cœlis, & Vicario ejus in terris, inter ſe eodē cultu communicantiū. Tomo 4.t.10.d 3 n 2.

Non poteſt errare in rebus fidei, etiam per ignorantiam invincibilem & inculpabilem. Ibidem n 7.& ſequentibus.

Lunæ & Soli merito comparatur. Ibid n.14.& ſequentibus.

Quatuor ſunt notæ veræ Eccleſiæ, quæ ſoli Eccleſiæ Romanæ competunt. Ibidem n.27.& ſequentibus.

Eccleſia ut mater diligenda eſt juxta illud Auguſtini: *[illegible] Dominum noſtrum, amemus Eccleſiam eius: illum ſicut [illegible] illam ſicut matrem: illum ſicut Dominum, hanc ſicut ancillam [illegible] filii ancillæ ipſius ſumus*, Ibidem n.44.

Eccleſia Romana, & fidei puritate, & morum innocentia [illegible] fulget, unde meritò dici poſſumus, myſticas hujus [illegible] lumbæ pennas, fidem ſcilicet & mores, eſſe deargentatas [illegible] lore auri fulgentes; cùm illa, & fulgore ſapientiæ, per aurum [illegible] gnatæ, & morum candore, per argentum expreſſo, [illegible] dum reſplendeat. Tomo 3. in diſſertatione de probabilitate [illegible]

*Electio.*

Electio eſt ſubſtantialiter actus voluntatis, licèt [illegible] ſpecialem motionem & ordinationē rationis. Tomo [illegible]

Electio non eſt de fine, ſed tantùm de mediis. Ibidem [illegible] ſequentibus.

Minus bonum, cognitum ut tale, & voluntati propoſitum [illegible] poteſt eligi, relicto meliori. Ibidem n.23.

Si duo media æqualia proponantur, neutrum poteſt eligi [illegible] nec intellectus in uno aliquam rationem ſeu convenientiam [illegible] cogitet, ob quam præemineat & præponderet alii. Ibidem [illegible]

Suppoſitâ efficaci & abſolutâ intentione finis, ſi unum [illegible] occurrat medium ad illum obtinendum, voluntas ad ejus [illegible] nem neceſſitatur. Ibidem n 50.& ſequentibus.

*Electio prædeſtinatorum ad gloriam,*

*Vide prædeſtinatio.*

*Eleemoſyna.*

Falſa & erronea eſt Vaſquis, & aliorum recentiorum [illegible] rum ſententia, aſſerentium nunquam teneri aliquem [illegible] ſynam, præcisè ex ſuperfluo ſtatus, cum vix unquam [illegible] ſuperfluum (inquiunt) in ſæcularibus, etiam in Regibus [illegible] tur. Tomo 3 in diſſertatione de probabilitate, n.152.

Eleemoſyna in ſcriptura nomine juſtitiæ exprimitur, [illegible] ait Gregorius, *cùm qualibet neceſſaria indigentibus miniſtramus, ſua illis reddimus, non noſtra largimur; juſtitiæ debitum [illegible] vimus, quàm miſericordiæ opem implemus*, &c. Ibidem n. [illegible]

*Epiſcopatus.*

De fide certum eſt, Epiſcopos, jure divino, dignitate [illegible] ſtate, eſſe Presbyteris ſuperiores. Tomo 5.t 7.d.4.n.3, & [illegible]

Epiſcopatus non eſt Ordo diſtinctus à ſacerdotio, ſed [illegible] ſius ſacerdotii extenſio, & excellentiſſimum ejus complementum [illegible] In conſecratione tamen Epiſcopali confertur gratia ad [illegible] debitè præſtanda munera Epiſcopalia Ibidem n.21.& ſequ. [illegible]

Adeò neceſſariò requiruntur tres Epiſcopi ad unius con[illegible] tionem, ut in eo Summus Pontifex diſpenſare non poſſit. [illegible] n.40.& ſequentibus.

*Epikia.*

Epikia ſic definitur ab Ariſtotele 5.Ethic. cap.10, *Emendatio legis ea ex parte qua deficit propter univerſale*, Tomo 3 [illegible]

Legis humanæ interpretatio per epikiam, in aliquibus [illegible] bus neceſſaria eſt. Ibidem.

Epikia non ſolùm poteſt interpretari legem, quando [illegible] eſt eſſe illicitum verba legis obſervare, ſed etiam, quando [illegible] dens, nimis durum eſſe obſervare illam. Ibidem n.5.

Stante judicio dubio non habet locum Epikia, ſed [illegible] debet ſuperior, vel non eſt agendum præter verba legis. Ibi[illegible]

Quando probabiliter judicatur legem non comprehen[illegible] liquem caſum, licet uti Epikia, dummodò tunc non [illegible] liud judicium, quo probabilius exiſtimetur caſum illum comprehendere, Ibidem n.7.

*Eva.*

Formatio Evæ ex Adamo deſcribitur. Tomo 3.t.8.d.1.n. [illegible]

Cur Deus Gen. 2. dicatur ædificaſſe coſtam, quam [illegible] Adamo, in mulierem. Ibidem n.15.

Cur coſtam Adæ adhibuerit Deus ad Evæ productionem, [illegible] riæ & egregiæ, ibidem n.16 aſſignantur rationes.

Non tantùm una coſta, ſed & caro, ex Adamo ſumpta eſt [illegible] væ productionem. Ibidem n.17.

Moyſes ait, quod Deus detracta una ex coſtis Adami, ut [illegible] formaret mulierem, *replevit carnem pro ea*, ut ſignificaret [illegible] rem ex viro accepiſſe robur & firmitatem, quam ſignifica[illegible] ſta; virum autem accepiſſe à muliere teneritudinem & mol[illegible] quam denotabat caro ei loco coſtæ data.

Narratio formationis Evæ ex coſta Adæ debet literaliter & non metaphoricè intelligi. Ibidem n.20.

Cur verò Scriptura dicat, quod Deus Evam adduxit ad Adam. Vide ibidem n.24.

Qualis fuerit ſerpens, qui tentavit Evam in Paradiſo [illegible] eamque ad peccandum, & de ligno vetito comedendum, [illegible] & cur Eva ad ejus aſpectum non cohorruerit, nec obſtupuerit, audiens ſecum illum loquentem? Ibidem diſp.4 n.22 & ſequentibus.

Quomodo intelligi debeant verba illa Evæ Geneſ. 3. *Serpens decepit me*, & iſta Apoſtoli: *Mulier ſeducta in prævaricatione fuit.* Vide ibidem diſp 3.n 45.

*Euchariſtia*

Veritas Euchariſtiæ, ſeu vera & realis Chriſti in hoc Sacramento præſentia, contra Hæreticos defenſa. Tomo 5. t.4. [illegible] procemiali, quindecim articulos continente.

Sacramentum Euchariſtiæ non conſiſtit in uſu ſeu ſumptione, ſed in aliquo permanenti, nempè in ſpeciebus conſecratis d.2 n. 5.& ſequentibus.

Sacr

Sacramentum Euchariſtiæ eſt unum ſpecie infima, & non plura ſpecie diverſa, ob unitatem finis, ſpiritualis ſcilicet & integræ refectionis, ad quem ex Chriſti inſtitutione ordinatur. Plura tamen ſunt numero ſacramenta, quæ in diverſis Eccleſiis vel altaribus conſecrantur ſeu conficiuntur. Ibidem n.46.& ſequentibus.

Licèt Sacramentum Euchariſtiæ in re ſuſceptum, non ſit medium neceſſarium ad ſalutem, bene tamen ſuſceptum in voto ſaltem implicito, tacito, & interpretativo, quod in ſuſceptione Baptiſmi & aliorum ſacramentorum includitur. Ibidem n.76.& ſeq.

Chriſtus cœnam agni paſchalis die ſeu luna 14. menſis primi ad veſperam celebravit, ſubindeque eadem die Sacramentum Euchariſtiæ inſtituit. Ibidem n.102 & ſequentibus.

Licèt ſolus panis triticeus ſit ſufficiens materia Euchariſtiæ, poteſt tamen confici in pane azymo, vel fermentato; ſed azymus convenientior eſt, cùm in eo Chriſtus ſacramentum Euchariſtiæ inſtituerit & conſecraverit Ibidem d.3.n.4.& ſequentibus.

Solum vinum de vite eſt materia calicis. Ei ex præcepto Eccleſiæ debet modica aqua admiſceri, quæ non convertitur in ſanguinem Chriſti, niſi priùs fuerit converſa in vinum. Ibid.n.30 & ſeq.

De jure divino eſt, ut ſacramentum Euchariſtiæ non conficiatur, niſi conſecrando utramque ſpeciem. Unde Summus Pontifex non poteſt diſpenſare, ut Sacerdos conſecret in una tantùm ſpecie. Ibid.n.86.& ſequentibus.

Corpus Chriſti continetur ex vi verborum, ſub ſpecie panis, non verò anima, ut tribuit gradum vitæ, bene tamen, ut dat eſſe corporeum. Similiter ſanguis continetur ex vi verborum ſub ſpecie vini, anima verò rationalis ſolùm per concomitantiam; ſeu, ut loquitur Tridentinum, ex vi illius connexionis & concomitantiæ qua partes Chriſti Domini inter ſe copulantur. Ibidem d.5.n.2 & ſequentibus.

Sub ſpecie vini corpus, & ſub ſpecie panis ſanguis, & ſub utraque ſpecie divinitas, in hoc ſacramento continentur, non ex vi verborum, ſed per concomitantiam. Ibidem n.12. & ſequentibus.

Corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento cum ſua quantitate, totuſque exiſtit ſub qualibet parte ſpecierum, etiam ante fractionem & ſub quolibet indiviſibili hoſtiæ conſecratæ, tam continuativo, quàm terminativo Ibidem n.19 & ſequentibus.

Præſentia ſacramentalis corporis Chriſti ſub ſpeciebus, eſt modus aliquis ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, additus corpori Chriſti; non eſt tamen accidentalis, ſed ſubſtantialis, ſubindeque ad prædicamentum ſubſtantiæ reductivè pertinet. Ibidem n.50.& ſequentibus.

Chriſtus in Euchariſtia non poteſt moveri per ſe motu locali, bene tamen per accidens, ad motum ſpecierum. Non poteſt tamen agere vel pati actione corporea Ibidem n.66. & ſequentib.

Oculus corporeus, ſupernaturaliter elevari poteſt ad videndum corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia, non tamen ad videndum ipſum modum quo in ea exiſtit. Ibidem n 82. & ſequentib.

Corpus Chriſti deſinit eſſe ſub ſpeciebus ſacramentalibus, quando per corruptionem illarum, deſitura fuiſſet propria illarum ſubſtantia Ibidem n.103.

Forma conſecrationis panis in his quatuor verbis: *Hoc eſt corpus meum*, eſſentialiter conſiſtit. Ibidem d.7 n 2.

Probabilius eſt & menti ac doctrinæ S. Thomæ conformius, omnia verba quæ in conſecratione calicis proferuntur, eſſe de ſubſtantia formæ calicis. Ibidem n.15 & ſequentibus.

Chriſtus in conſecratione ſui corporis & ſanguinis aliquibus verbis uſus eſt, iiſdem ſcilicet quibus à Sacerdotibus hoc ſacramentum conficitur. Ibidem n.50.& ſequentibus.

Verba conſecrationis recitativè ſimul & aſſertivè à Sacerdote proferuntur. Idem, n 60.& ſequentibus.

Varii ac mirabiles ſunt hujus ſacramenti effectus, nam præter gratiam ſanctificantem, & habitualem cauſat, quantùm eſt de ſe, gratiam quandam actualem, nempe excitationem charitatis, & actualem refectionem, cum quadam dulcedine & gaudio ſpirituali, juxta illud Cant.5. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*. Unde S. Doctor opuſc.58. dicit, quod in hoc ſacramento *dulcedo in proprio fonte deguſtatur*. Tollit etiam peccata venialia, & præſervat à mortalibus, cauſatque perſeverantiam, & gloriæ adoptionem, unde Viaticum appellatur, quia dat virtutem perveniendi ad patriam d.8.n.1 & ſequentibus.

Euchariſtia habet etiam aliquos effectus in corpore, tum in hac vita, mitigando fomitem appetitus ſenſitivi, tum in alia cauſando reſurrectionem corporis, imò & ſplendorem quemdam ſpecialem in corporibus eorum qui in hac vita ſæpè & devotè communicarunt. Quod explicat Cyrillus Jeroſolymitanus exemplo quorumdam vermium, qui corpora habent lucida & fulgentia ſicut lucernæ. Ibidem n.11 & ſequentibus.

Vinum quod luxuriæ incentivum eſt, ut ait Apoſtolus, mirabili quadam Dei diſpoſitione, in Euchariſtia fit virginitatis germen, & remedium contra concupiſcentiam. Unde Paſcaſius lib. de corpore & ſanguine Chriſti cap.21. *Felix fructus ubertatis, ex quo virginitas germinatur; nam hoc noſtri generis vino caſtitas corrumpitur, iſto verò virgines procreantur*. Et Gloſſa ſuper illa verba: *Selmon mons Dei*, ſic ait: *De corpore Chriſti manat umbra gratiæ, quæ nobis defenſaculum eſt contra incentiva vitiorum, & carnalis concupiſcentiæ*. Ibidem n.11.

Divina ſapientia ſuam divinitatem & humanitatem ad modum lactis nobis exhibet in hoc ſacramento, adimplens quod promiſerat Iſaiæ 60. *Mamilla Regum lactaberis*, Ibidem n.4.

Chriſtus in hoc ſacramento ſatiat nos de torrentibus mellis & butyri, ut explicat D. Gregorius 15. Moral. Ibidem n.3.

Probabilius eſt, hoc ſacramentum cauſare gratiam, quando primùm ſpecies ſacramentales ſtomachum aut ventriculum attingunt. Ibidem n.28.

Licèt ad recipiendam gratiam ſpiritualis refectionis & dulcedinis, requiratur devotio actualis, excludens mentis diſtractionem, & peccata venialia actu exercita, non tamen ad recipiendum augmentum gratiæ habitualis. Ibidem n.46.

Sacerdos ſub duplici ſpecie communicans, non plus recipit gratiæ, quàm laicus, qui ſub una tantùm ſpecie communicat, ſi uterque ſit æqualiter diſpoſitus. Ibidem n.60.

Nullum jus divinum extat de laica communione ſub utraque ſpecie, ſubindeque Eccleſia uſum calicis prohibere poteſt, & convenienter, ac juſtis de cauſis, de facto prohibuit. Diſp.9. n.52.& ſequentibus.

Solus Sacerdos poteſt hoc ſacramentum conficere. D.10. n.2. & ſequentibus.

Diacono ex officio convenit ſanguinem Chriſti populo diſpenſare, non poteſt tamen corpus Chriſti diſpenſare, niſi de mandato Preſbyteri vel Epiſcopi. Ibidem n.14.

De Euchariſtia, ut eſt ſacrificium, vide verbo *Miſſa*.

*Eutrapelia.*

Eutrapelia eſt virtus, quæ jocis & ludis modum rationis imponit. Tomo 4.t.11.d.6.n 32.

Hujus virtutis neceſſitas ibidem oſtenditur, variiſque exemplis declaratur.

*Exorciſta.*

Duplex fuit in primitiva Eccleſia Exorciſtarum genus, alii fiebant ordinatione Epiſcopi, quo pacto S. Martinus à B. Hilario Exorciſta conſtitutus eſt; alii verò Exorciſtæ dicebantur, ob gratiam gratis datam, & donum expellendi Dæmones ab energumenis, quod à Deo acceperant.

*Extrema Unctio.*

Extrema Unctio, quæ ſolet in Eccleſia adhiberi infirmis de vita periclitantibus, eſt verum novæ legis ſacramentum. Tomo 5 t.6.d.1.n.2.

Ejus materia remota eſt oleum ab Epiſcopo benedictum; materia proxima, unctio ex tali oleo: Forma in verbis iſtis conſiſtit: *Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum*, &c. Ibidem n.19.& ſequentibus.

Effectus primarius & proprius hujus ſacramenti, non eſt remiſſio peccatorum venialium aut mortalium, ex inadvertentia in confeſſione omiſſorum, ſed augmentum gratiæ habentis jus ſpeciale ad auxilia, quibus infirmus confortetur & roboretur contra Dæmonis tentationes in ultimo agone occurrentes. Ibidem d 2.n.2. & ſequentibus.

F.

*Fatum.*

DUPLEX in rebus humanis poteſt diſtingui fatum, unum Ethnicum & prophanum, à Gentilibus olim confictum; aliud Chriſtianum & Catholicum, à D. Auguſtino, & à S. Thoma receptum. Primum eſt libertati contrarium, & neceſſitatem antecedentem & abſolutam in rebus humanis inducens; ſecundum verò libertati non præjudicat, ſed potiùs eam fovet, perficit, firmat, & cauſat. Tomo 1.t.4.d 5.n 109.

D. Thomas quodlib. 12. quæſt. 5. art. 4. ait poſſe concedi omnia ſubjici fato, ſi nomine fati intelligamus divinam providentiam, omnia quæ fiunt in mundo prædeterminantem & præordinantem; quamvis hoc nomine fati non debeamus uti, quia nec nomina cum Gentilibus convenit habere communia. Unde ibi tandem cum Auguſtino concludit: *Si quis hoc modo intelligat fatum, ſententiam teneat, linguam corrigat, ut non dicat fatum, ſed providentiam Dei*. Idem docet 1. parte, quæſt 116. art.3. Ibidem.

*Fides.*

Fides eſt habitus vel actus ſupernaturalis intellectus, quo veritatibus à Deo revelatis, propter ipſius revelationem & authoritatem, certò quidem, ſed inevidenter aſſentimur. Tomo 4.t.10. d.1.n.1.

Objectum ejus formale quod, eſt Deus, ſub ratione primæ veritatis in eſſendo, ſubindeque ſub ratione deitatis; objectum verò formale ſub quo, eſt veritas prima in dicendo, non præciſè ſumpta, ſed ut connotans primam veritatem in cognoſcendo, ſeu ſummam & infinitam Dei ſapientiam, ratione cujus in ſeipſo falli nequit. Demum objectum materiale illius complectitur omnia, quæ divina revelatione nobis innoteſcunt, & quæ duodecim articulis ſymboli comprehenduntur, vel ad eos reducuntur. Ibidem n.4.& ſequentibus.

Ultima reſolutio noſtræ fidei, quoad propoſitionem credendorum, fit in ipſam Eccleſiam, à Spiritu ſancto directam, quâ veluti organo fidelibus loquitur, & credenda proponit ac revelat. Quoad aſſenſum verò quem fideles eis præbent fit ſolùm in primam veritatem, non verò in Eccleſiæ teſtimonium, Ibidem n.43 & ſequentibus.

Nec ex parte Dei revelantis, nec ex parte hominis credentis, fidei falſum ſubeſſe poteſt, Ibidem n.67.& ſequentibus.

Quomodo obſcuritas pertineat ad rationem formalem fidei. Vide ibidem n.134 & ſequentibus.

Non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto actus nec habitus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fidei & ſcientiæ ac viſionis claræ de eadem veritate, bene tamen habitus fidei cum actu ſcientiæ evidentis, ſeu claræ Dei viſionis, per modum tranſeuntis communicatæ. Ibidem n. 147. & ſeq.

Evidentia in atteſtante cum fide compoſſibilis eſt. Ibid. n. 196.

Myſteria fidei evidenter credibilia ſunt. Ibidem n. 224.

Varia ſunt credibilitatis noſtræ fidei motiva ſeu argumenta, quæ tamen ad duodecim præcipua reduci poſſunt, quæ ſunt veluti duodecim ſtellæ, quibus præfulget myſtica corona Eccleſiæ ut dicitur Apocal. 12. Ibidem n. 239. & ſequentibus.

Ad actum fidei internum requiritur pia motio voluntatis, quâ determinet & moveat intellectum, ut credat id quod ipſi cum obſcuritate proponitur, ad eam tamen eliciendam, non requiritur virtus, vel qualitas habitualis, ſed ſufficit auxilium actuale. Ibidem d. 6, n. 2. & ſequentibus.

Actus internus fidei ſupernaturalis, eſt omnibus adultis ſimpliciter neceſſarius neceſſitate medii ad ſalutem, ita ut ſine illo in re habito juſtificari & ſalvari non poſſint, ſecundùm legem ordinariam. Ibidem n. 28.

Ante Chriſti adventum, ſeu in lege naturæ, & in lege ſcripta, fides explicita Chriſti, ſeu Redemptoris & mediatoris venturi, non fuit neceſſaria neceſſitate medii ad ſalutem; ſed ſatis erat credere, Deum per ſuam providentiam velle homines à peccatis liberare, illiſque de rebus ad ſalutem neceſſariis providere. Ibidem n. 50. & ſequentibus.

Poſt ſufficientem legis Evangelicæ promulgationem, fides explicita myſterii Incarnationis & Trinitatis neceſſaria eſt neceſſitate medii ad juſtificationem & æternam beatitudinem. Ibidem n. 67. & ſequentibus.

Externa fidei confeſſio à virtute fidei elicitur, & non ſolùm imperatur, Ibidem d. 7. n. 96.

Præceptum de fide exterius profitenda, non obligat fideles, datâ quavis profitendi occaſione, ſed tantùm in quibuſdam caſibus; unde per ſe loquendo licitum eſt Paſtoribus & Prælatis fugere vel ſe occultare tempore perſecutionis Ibid n. 111.

Fides informis, & à charitate ſeparata, eſt quidem vera virtus, ſed non perfecta. Ibidem d. 8. n. 3. & ſequentibus.

Fides nec eſt virtus moralis, nec intellectualis, ſed Theologica. Ibidem n. 8.

Fides ordine originis eſt prior ſpe & charitate; ordine verò dignitatis, eſt quidem inferior charitati, ſed perfectior ſpe, & virtutibus moralibus infuſis. Ibidem n. 14. & ſequentibus.

Dotes & prærogativæ fidei, à Guillielmo Pariſienſi deſcriptæ, Ibidem n. 17.

Fides, etiam prout eſt in nobis, omnes cognitiones naturales in certitudine excedit, licèt quoad nos ſit minùs certa ſcientiis naturalibus, & habitu primorum principiorum. Ibid. n. 18 & ſeq.

Fides non eſt propriè diſcurſiva, ſed rebus revelatis immediatè aſſentitur. Ibidem n. 23.

Fides remanet in peccatoribus, non verò in hæreticis, aut in dæmonibus, vel in damnatis Ibidem n. 26 & ſequentibus.

Cauſæ fidei, & præcipui ejus effectus, n. 70. recenſentur.

*Finis.*

Actus voluntatis qui verſantur circa media, vel circa finem nondum obtentum, ſunt propter finem; ſecùs verò illi qui finem jam adeptum ſupponunt, ut fruitio, & delectatio de fine jam adepto. Tom. 3. t. 1. d. 1. n. 21. & ſequentibus.

Bruta non ſe movent & dirigunt in finem, operando gratiâ finis, ſed ad finem diriguntur & moventur ab Authore naturæ. Ibidem n. 59. & ſequentibus.

Deus in actibus liberis agit propter finem, non verò in neceſſariis eſſentialibus, & notionalibus Ibidem n. 86. & ſequentibus.

Finis intermedius, verè & propriè habet rationem finis. Ibidem n. 94. & ſequentibus.

Non pòteſt idem homo, pro eodem tempore, efficaciter appetere duos ultimos fines totales & adæquatos; bene tamen unum efficaciter, & alium inefficaciter. Ibidem n. 121.

Quomodo quæcunque vult homo velit propter ultimum finem, Vide ibidem n. 152. & ſeq.

*Fortitudo.*

Fortitudo eſt virtus exiſtens in iraſcibili, coercitiva timoris, & audaciæ moderativa, inſtantibus periculis. Tomo 4. t. 11. d. 5. n. 1.

Duplex eſt actus ejus, aggredi & ſuſtinere, inter quos iſte potior eſt, ut eleganter declarat Gregorius homil. 35. in Evang. his verbis: *Minor eſt victoria urbes expugnare, quia extra ſunt quæ vincuntur: majus autem eſt quod per patientiam vincitur, quia ipſe à ſe animus ſuperatur, & ſemetipſum ſibimetipſi ſubjicit, quando eum patientia in humilitate tolerantiæ ſtravit.* Unde martyrium eſt principalis actus fortitudinis.

Vitia oppoſita fortitudini tria præcipuè numerantur, nimirum timiditas ſeu ignavia, intimiditas ſeu vacuitas timoris, & temeritas, ſeu nimia audacia. Ibidem d. 7. n. 16.

*Fructus Evangelici.*

Fructus Evangelici realiter differunt ab aureolis. Tomo 3. t. 1. d. 5 n. 58.

Fructus trigeſimus, ſexageſimus. & centeſimus, licet diverſis rebus accomodari poſſit, ſpeciali tamen ratione competit virtuti continentiæ Ibidem n. 62.

Convenienter diſtinguuntur tres continentiæ partes, ſcilicet conjugatorum, viduarum, & virginum, quibus fructus trigeſimus, ſexageſimus, & centeſimus correſpondent. Ibidem n. 60.

*Fructus Spiritus ſancti.*

Fructus Spiritus ſancti ſunt quædam opera virtutum [illegible] dentia ex motione Spiritus ſancti, quæ ſunt delectabilia [illegible] ctuoſa, quæ dicuntur etiam flores reſpectu beatitudinis [illegible] ex floribus accipitur ſpes fructus; ita ex operibus illis [illegible] vitæ æternæ & beatitudinis. Tomo 3. t. 4 d. 6. n. 58.

Fructus Spiritus ſancti ſunt duodecim, quæ recenſentur [illegible] poſtolo ad Galat 5. Ibidem n 3.

*Fruitio.*

Fruitio, nec eſt poſſeſſio objecti concupiti, nec [illegible] delectatio ex amore & præſentia rei cauſata. Tomo 3. t. [illegible]

Duplex dari poteſt fruitio ultimi finis, una perfecta [illegible] tur in patriâ de Deo clarè viſo; alia imperfecta, quæ habetur in via de Deo per ſpem & amorem imperfectè poſſeſſo, de qua Apoſtolus ad Roman. 12. *Spe gaudentes.* Ibidem n. 9.

*Furtum.*

Falſa & erronea eſt Banii ſententia aſſerentis quod [illegible] tur quis ſub peccato mortali reſtituere quod ablatum eſt [illegible] va furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis, T[illegible] diſſertatione de probabilitate n. 135.

*Futurum.*

Futurum eſt id quod eſt determinatum in cauſa, ad [illegible] exiſtentiam pro duratione ſequenti. Tomo 1. t. 3 d. 4 [illegible]

Duplex eſt futuritio, una certa & infallibilis, per [illegible] cauſam primam; & altera fallibilis & impedibilis, per [illegible] cauſas inferiores contingentes, vel liberas, de qua [illegible] teles 2. de generat. textu 64. dixit: *Futurus qui incedere [illegible] det* Ibidem n 7.

Nihil eſt determinatè futurum ante decretum & [illegible] tionem divinæ voluntatis. Ibidem n. 34 & ſeq.

G.

*Gaudium.*

Gaudium & amor in Deo virtualiter diſtinguuntur. T[illegible] t. 4. d. 6, n 19.

Quàm ingens ſit gaudium beatificum, & quæ [illegible] cauſæ, per fructus quos exploratores de terra promiſſionis [illegible] runt, inſinuatur. Tomo 3. t. 1. d 3 n 127 & ſequent.

*Gratia actualis, ſeu auxilians.*

Homo in ſtatu naturæ lapſæ poteſt ſine gratia, ſeu au[illegible] ciali, aliquas, imò & ſingulas veritates naturales tam ſpe[illegible] quàm practicas cognoſcere, non tamen totam earum [illegible] nem. Tomo 4. t. 8, d 1. n. 14. & ſequentibus.

Ad aſſentiendum veritatibus ſupernaturalibus, & m[illegible] dei, requiritur auxilium ſupernaturale, non ſolùm in [illegible] ſed etiam in voluntate. Ibidem n. 81.

Homo poteſt ſine gratia ſanctificante, & charitate, [illegible] quos actus honeſtos & moraliter bonos, unde quæcum[illegible] à peccatoribus ante adeptam juſtificationem, non ſunt [illegible] Ibidem n. 101. & ſequentibus.

Fides ad bene operandum non eſt ita neceſſaria, quin [illegible] in ſtatu infidelitatis, aliquos actus honeſtos exercere [illegible] dem n 118 & ſequentibus.

Homo lapſus, ſine auxilio ſpeciali, & cum concurſu ge[illegible] Dei, aliqua opera honeſta & moraliter bona, naturalis ord[illegible] ficere poteſt. Ibidem n 148. & ſequentibus.

Homo in ſtatu naturæ lapſæ non poteſt viribus liberi ar[illegible] & cum ſolo concurſu generali, Deum ut authorem naturæ [illegible] cà dilectione diligere, imò ſuppoſitâ elevatione naturæ [illegible] ad ſtatum ſupernaturalem, ad talem dilectionem eliciendam [illegible] quiritur non ſolùm auxilium ſupernaturale, ſed etiam gratia [illegible] ctificans; in ſtatu verò naturæ puræ, cum ſolo auxilio ſpeciali [illegible] dinis naturalis, eam elicere potuiſſet Ibidem n 19[illegible] & ſeq.

Homo in ſtatu naturæ lapſæ non poteſt totam legem na[illegible] quoad ſubſtantiam obſervare, ſine auxilio entitativè ſupernatura[illegible] li, imò nec ſine gratia habituali Ibidem n. 250 & ſequent.

Non poteſt etiam, ex viribus naturæ, diu vitare peccata m[illegible] talia, quæ ſunt contra legem naturalem, nec graves tentationes contra illa præcepta vincere. Ibidem n. 285. & ſequentibus.

Homo in ſtatu naturæ lapſæ, quantumcumque ſit juſtificatus, non poteſt ex vi auxiliorum quæ communi lege gratiæ [illegible] nectuntur, omnia peccata venialia per totam vitam, vel per lon[illegible] gum tempus vitare; ſed ad hoc ſpecialiſſimo auxilio ſeu privilegio indiget, quod ſoli Beatiſſimæ Virgini fuit conceſſum, [illegible] liqui ſancti ſpeciale privilegium habuerint vitandi omnia [illegible] lia, collectivè in aliqua certa & determinata materia. Ibidem n. 317. & ſequentibus.

Requiritur ſpeciale donum ad perſeverandum in gratia uſque ad mortem, etiam in adultis, qui poſt acceptam gratiam [illegible] riuntur, & in parvulis baptizatis, decedentibus ante uſum [illegible] nis. Ibidem n. 350.

Homo indigebat, etiam in ſtatu innocentiæ ſpeciali auxilio ad perſeverandum. Ibidem n. 250. & ſequentibus.

Donum perſeverantiæ finalis conſiſtit formaliter in conjunctione gratiæ cum morte, ex efficaci glorificationis [illegible] imperata. Ibidem n. 386. & ſequent.

*Gratia habitualis, ſeu gratum faciens.*

Gratia gratum faciens, non eſt ſolus extrinſecus Dei favor, [illegible] amor, ſed forma aliqua homini intrinſeca, nimirum qualitas [illegible] quæ entitativè ſupernaturalis, quæ eſt participatio phyſica [illegible] malis divinæ naturæ, etiam formaliter & reduplicativè [illegible]

ta eſt, & actus purus, habetque totam eſſendi plenitudinem, imò & prout ſubſiſtit in tribus perſonis divinis. Ibidem d.2.n.2. & ſequentibus.

Gratia ſanctificans participat aliquid de immutabilitate, infinitate, & omnipotentia Dei, tribuitque homini juſto rerum omnium dominium, idque nobilius & fœcundius omni dominio civili. Ibidem n.64.& ſequentibus.

Gratia ſanctificans, licèt una & ſimplex qualitas, pro diverſa tamen ſubjectorum in quibus recipitur capacitate & exigentia, multiplices & interdùm ſpecie diverſos operatur effectus. *Sicut aqua cùm unius ſit ſpeciei, vario modo operatur, dealbans in lilio, rubricans in roſa, perpuriſſans in viola*, ut ait Chryſoſtomus. Ibidem n.90.

Gratia ſanctificans eſt ſimpliciter perfectior charitate, lumine gloriæ, viſione beatifica, imo & Dei maternitate. Demùm, ut ait D. Thomas: *Bonum gratiæ unius, majus eſt quàm bonum naturæ totius univerſi*. Quæ verba expendens Cajetanus, ſubdit: *Ante oculos tuos ſemper die nocteque tene, quod bonum gratiæ unius, eſt melius quàm bonum naturæ totius univerſi, ut continuè videas damnationem imminentem non æſtimanti tantum bonum oblatum* Ibidem n 91. & ſeqq.

Gratia ſanctificans reddit hominem filium Dei adoptivum, eaque ſola talem effectum præſtare poteſt. Ibidem n.105. & ſequentibus.

Gratia habitualis realiter diſtinguitur à charitate, quare ſubjectatur immediatè in anima, non autem in voluntate. Ibid. n.151. & ſeqq

Nulla creatura, quantumcumque perfecta, nequidem Chriſtus, inquantùm homo, poteſt eſſe cauſa principalis gratiæ ſanctificantis. Ibidem d 4 n 1.& ſeqq.

Gratia ſanctificans, neque propriè creatur, neq; concreatur, ſed de potentia obedientiali animæ educitur. Ibidem n.32.

Ad gratiam ſanctificantem requiritur aliqua diſpoſitio, quæ in adultis, eſt motus liberi arbitrii; in parvulis vero virtutes infuſæ, quæ cùm ipſam ſemper comitentur, & ab ea ſint inſeparabiles, diſpoſitiones ejus concomitantes dici poſſunt. Ibid.n.59.

Nullus, ſeclusâ revelatione, poteſt eſſe certus, certitudine fidei, ſe eſſe in gratia, imò nec de hoc habere certitudinem moralem, omnem formidinem & dubietatem excludentem, ſed duntaxat probabilem & conjecturalem. Ibidem d.5 n.3. & ſequentibus.

*Gratia gratis data.*

Gratia interna convenienter dividitur in gratiam gratum facientem & gratis datam. Ibidem d 3.n.4.

Diviſio gratiæ gratis datæ, in novem ab Apoſtolo aſſignatas, adæquata eſt. Ibidem n.7.

Aliquæ ex gratiis gratis datis ſunt in homine per modum motionis tranſeuntis: juxta illud Gregorii Magni homil.9. ſuper Ezechiel, *Spiritus Sanctus in Sanctorum cordibus, juxta quaſdam virtutes ſemper permanet, juxta quaſdam verò, receſſurus venit, & venturus recedit, &c*

*Gratia ſufficiens.*

D. Thomas ſub nomine auxilii Dei, utrumque auxilium tam ſufficiens, quàm efficax comprehendit, cùm utrumque ſit quædam Dei motio, quâ ad actus ſupernaturales perfectos vel imperfectos animam applicat. Tomo 1.d 4 n.147.

Auxilium ſufficiens, ab efficaci diſtinctum, agnoverunt veteres Thomiſtæ Cajetanus, Ferrarienſis, Soto, & alii. Ibid.149.

Nomine auxilii ſufficientis Theologi intelligunt illud quod dat potentiæ complementum & totam virtutem ſeu ſufficientiam; unde licèt detur, auxilium quod admittunt Thomiſtæ, & ſufficiens appellant, non eſſe ſufficiens grammaticaliter, eſt tamen ſufficiens theologicè. Ibidem n.152 & ſeqq.

Licèt Deus omnibus offerat vel præparet auxilia ad ſalutem ſufficientia, omnibus tamen non confert, nec omnes ea recipiunt, ſed plures illis privantur in pœnam peccati mortalis actualis, vel originalis. Omnibus tamen juſtis, inſtante præcepti ſupernaturalis obligatione, ſemper auxilium ſufficiens conceditur. Tomo 2.t.5.d.5 n.159 & ſequentibus.

*Gratia efficax.*

Scientia media enervat efficaciam divinæ gratiæ, Tomo 1. t.3.d.5 n.148.

Efficacia decretorum & auxiliorum probatur ex orationibus Eccleſiæ, Dei promiſſionibus, & ex inſcrutabilitate hujus quæſtionis, *cur vocatio & gratia Dei in uno ſit efficax, non verò in altero*? Tomo 1.t.4 d.5.n.30.& ſeqq.

Divina decreta & auxilia, eſſe ex ſe & ab intrinſeco efficacia, oſtenditur ex verbis Apoſtoli 1. Corinth. 4. *Quis enim te diſcernit*?

Martinonus in Anti-Janſenio fusè oſtendit omnia argumenta, quæ ex læſione libertatis, vel inſufficientia auxilii ſufficientis fieri ſolent contra gratiam de ſe efficacem & phyſicè prædeterminantem, militare contra gratiam congruam, quam Suarez, Vaſquez, & alii admittunt, omneſque Societatis Theologi, ex præſcripto & decreto Claudii Aquavivæ, ejuſdem Societatis Generalis, docere tenentur. Ibid.n.125. & ſeqq.

Gratiæ efficaci poſſumus ponere obicem, ex viribus liberi arbitrii, non tamen ad illius receptionem nos diſponere. Ibid. n.143.

Leo Papa ſerm.8. de Epiphania: *Hæc Sanctis cauſa eſt tremendi atque metuendi, ne ipſi in operibus pietatis elati, deſerantur ope gratiæ & remaneant in infirmitate naturæ* Ibid.n.145.

Omnibus veraciter humilibus habenda ſemper præ oculis eſt hæc Richardi Victorini ſententia: *Gratia quam ſemel homo accepit ante peccatum, juſtè ſubtrahi non potuit, quam etſi præter meritum acceperat, ſine culpa tamen amittere non debebat: nunc autem omni horâ poteſt juſtè ſubtrahi, quia nunquam poteſt homo ſine culpa inveniri*. Ibid.n 145

Superbia & præſumptio, ac in propriis viribus fiducia, maximum divinæ gratiæ ponunt obicem, ut eleganter declarat D. Bernardus Ibid.n.146.

Gratia moraliter excitans & gratia phyſicè præveniens, ſunt veluti duo brachia Dei, animam complectentia, de quibus dicitur in canticis: *Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Ibidem.n.150.

*Gratia Sacramentalis.*

Gràtia ſacramentalis addit ſolùm ſupra gratiam habitualem jus quoddam ad ſpecialia auxilia quæ Deus confert his qui ſuſceperunt Sacramenta, quando illis auxiliis opus habent in ordine ad proprium finem cujuslibet Sacramenti, Tomo.5.t.2. d.1.n.202.

*Gratia Chriſti ſubſtantialis.*

Humanitas Chriſti Domini eſt grata & ſancta formaliter, per aliquod donum ſubſtantiale. à gratia habituali diſtinctum, nempe per gratiam unionis. Tomo 4 t.1 in 3. partem d.11.n.2.

Divinitas, prout à perſonalitate diſtincta virtualiter, ſanctificat humanitatem Chriſti ſanctitate ſubſtantiali. Ibidem n.31.

*Gratia Chriſti accidentalis, ſeu habitualis.*

Præter gratiam ſubſtantialem unionis, fuit in anima Chriſti gratia accidentalis, ſeu habitualis, ei infuſa ab initio ſuæ conceptionis. Ibidem d.12.n 2 & ſeqq.

Gratia habitualis fuit neceſſaria in anima Chriſti, ad completam illius ſanctificationem, & ut connaturaliter actus ſupernaturales eliceret, & inſuper ut connaturali modo præmium ſupernaturale mereretur. Ibidem n.3.& ſeqq

Gratia habitualis Chriſti in eſſe gratiæ, & in eſſe moris conſiderata, infinita dici debet. Ibidem d.13 n.9. & ſeqq.

In Chriſto eſt plenitudo gratiæ, tam intenſiva, quam extenſiva, ſecundùm potentiam Dei ordinariam, potuit tamen eſſe major intenſivè, de potentia Dei abſoluta. Ibidem n. 40. & ſequentibus.

*Gratia Chriſti capitalis.*

Chriſtus, ut homo, eſt caput Eccleſiæ, ſubindeque omnium fidelium, etiam in mortali exiſtentium, non tamen hæreticorum, cùm illi ſint extra Eccleſiam. Ibidem d.14.n.2.& ſeqq.

Chriſtus, ut homo, eſt caput Angelorum, in eos tamen non influit gratiam & gloriam eſſentialem, ſed duntaxat accidentalem. Ibidem n.41 & ſeqq.

*Gratitudo.*

Gratitudo eſt pars potentialis juſtitiæ, ad cujus munus pertinet, beneficium ab alio acceptum recognoſcere, & pro eo aliquod beneficium rependere. nempe gratiarum actionem, obſequium, cultum, vel aliud beneficium. Tomo 4 t.11.d.4 n.6.

Tres ſunt præcipui gradus gratitudinis, nempe beneficium agnoſcere & memoriâ tenere; ipſum declarare, benefactorem laudando, & gratias agendo; & facto ſeu rebus aliquid retribuere, pro loci, temporis, & aliarum circumſtantiarum ratione. Ibidem.

De hac virtute eleganter diſſerit D. Bernardus, qui etiam loquens de ingratitudine, ait quòd illa eſt *ventus urens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ*. Ibid. diſp.7. n.12.

*Henoch & Helias.*

HEnoch aſſervatur vivus in Paradiſo, ut extremo mundi & Antichriſti tempore veniat, & omnibus pœnitentiam prædicet. Tomo 2.t 8.d.2.n.58.

Hieronymus Henoch & Heliam *paradiſi colonos* appellat; Tertullianus *æternitatis candidatos*, quia eorum ſtatus eſt veluti medius inter ſtatum viatorum & comprehenſorum. Ibidem.

Utrum in Paradiſo terreſtri degentes, de facto mereantur? Vide Tomo 4. t.9.d.2 n.35.

Henoch & Helias futuri ſunt ſecundi Chriſti adventûs præcurſores, Apoſtoli & Martyres ejus glorioſi, qui, ut loquitur Tertullianus, Antichriſtum ſanguine ſuo extinguent. Ibidem n.36.

*Homo.*

Cur mundo corporeo jam condito & ornato, homo poſtremo loco productus ſit. Tomo 2 t.8.d.1.n.1. ubi egregiæ ex SS. Patribus afferuntur rationes.

Inſignes hominis prærogativæ & excellentiæ inſinuatæ, his verbis Domini Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, &c.* Ibidem n.3. & ſeqq.

Cur Deus tam vilem materiam, qualis eſt limus terræ, in productione hominis adhibuerit? Ibidem n.9.

Cur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cur Deus in creatione & infuſione animæ hominis, uſus eſt verbo *inſpiravit*, ſeu *inſufflavit?* Ibid. n. 10.

Primus homo creatus fuit à Deo perfectus ſecundùm ætatem, & quantùm ad molem, ſeu magnitudinem corporis. Ibidem n. 11.

Extra Paradiſum terreſtrem productus fuit Ibidem n. 12. Cur autem Deus noluerit ipſum creare in Paradiſo, egregiæ Ibidem n. 23. aſſignantur rationes.

Nazianzenus Orat. 42. hominem vocat *alterum Angelum, mixtum adoratorem, viſibilis creaturæ ſpectatorem, myſtam intelligibilem, eorum quæ in terra ſunt Regem, terrenum pariter ac cœleſtem.* Ibidem n. 2.

Tertullianus exiſtimat, Deum ab initio, in formatione hominis, & unione animæ ſpiritualis cum corpore, ex limo terræ formato, Divini Verbi incarnationem præfigurare voluiſſe: *Quodcumque enim* (inquit) *limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus.* Ibidem n. 9.

*Horæ canonicæ.*

Falſa eſt quorumdam Caſuiſtarum ſententia aſſerentium in recitandis horis canonicis ſufficere attentionem externam, & non requiri internam, ſubindeque quemlibet poſſe voluntariè diſtrahi. Tomo 3. in diſſertatione de probabilitate n. 78.

*Horologium.*

Horologia juxta Caramuelem, habent vim opinionis probabilis, & tamen idem Author in Theologia fundamentali Tomo 1. n. 374. ait horologia ferè omnia concepta eſſe in originali peccato, ſubindeque actualia neceſſariè committere. Tomo 3. in diſſertatione de probabilitate n. 90.

*Humilitas.*

Humilitas eſt virtus, quâ quis conſiderans ſuum defectum, tenet ſe in infimis, ſecundùm modum ſuum. Vel ut ait D. Bernardus, *virtus quâ quis veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit.* Tomo 4. t. 11. d 6. n. 25.

Humilitas & magnanimitas inter ſe diſtinguuntur, licèt enim habeant cohibere affectum hominis ne inordinatè tendat in excelſa, diverſimodè tamen id præſtant. Ibidem n. 26.

Differunt etiam inter ſe humilitas & religio, licèt magnam habeant ad invicem ſimilitudinem & affinitatem. Ibidem n. 27.

Variæ ejuſdem virtutis prærogativæ & excellentiæ, Ibidem n. 28. & 29. ex SS. Patribus recenſentur.

Humilitas eſt ſignum prædeſtinationis. Tomo 2. t. 5. d. 4. n. 32.

*Hypocriſis.*

Chryſologus loquens de Hypocriſi ait: *Crudeli arte virtutes necat mucrone virtutum, jejunium jejunio perimit, orationem oratione vacuat, miſericordiam miſeratione proſternit.* Tomo 3. t. 3. d. 4. n. 24.

## I

*Ideæ Divinæ.*

DAri in mente divina Ideas ſeu exemplaria creaturarum Scriptura & SS. Patres manifeſtè declarant, ratioque multiplex demonſtrat. Tomo 1. t. 3. d. 7. n. 9.

Eſſentia divina, cognita à Deo ut imitabilis à creaturis, habet rationem ideæ, non verò ut gerit vices intellectionis, aut ſpeciei & formæ intelligibilis. Ibidem n. 25.

Quarum rerum Deus habeat ideas, Ibidem n. 69. & ſequentibus explicatur.

De illis eleganter diſſerunt Auguſtinus lib. 1. Confeſſionum cap. 6. & lib. 12. de civit. Seneca Epiſt. 65. Boetius lib. 3. de conſolat. & Dionyſius Carthuſianus lib. de Dei laudibus, quorum verba referuntur ibidem n. 10. & ſequentibus.

Celebre eſt etiam dictum illud Platonis aſſerentis illum qui ideas contemplatur, victurum eſſe Deum inter homines, ut refertur in fine præfationis Tractatûs de ſcientia Dei.

*Iejunium.*

Variæ circa legem jejunii novorum Caſuiſtarum laxitates referuntur ac refelluntur. Tomo 3. in Tractatu de probabilitate n. 126.

*Ignorantia.*

Ignorantia antecedens cauſat involuntarium ſimpliciter; ignorantia conſequens, voluntarium ſimpliciter, & involuntarium ſecundùm quid; ignorantia verò concomitans, neque cauſat voluntarium, neque involuntarium, ſed non voluntarium. Tomo 3. t. 2. d. 1. n. 131.

Multiplex ignorantiæ diviſio. Eodem Tomo t. 5. d. 6. n. 1. & ſequentibus.

Ignorantia eſt cauſa peccati, non directè & per ſe, ſed per accidens & indirectè, ſeu ut removens prohibens effectum. Ibidem. n. 5.

Ignorantia invincibilis & antecedens, non eſt cauſa peccati, ſed ab illo excuſat. Ibidem, & fuſiùs in Tractatu de probabilitate n. 219. & ſequentibus.

*Imperium, ſeu actus imperij.*

Imperium non eſt ſolùm conſtituendum in hominibus, reſpectu aliorum ſibi inferiorum & ſubditorum, ſed etiam in quolibet reſpectu ſui ipſius, ſuarumque operationum. Tomo 3. t. 2. d. 11. n. 36.

Imperium eſt ſubſtantialiter actus intellectûs, præſupponit tamen neceſſariò actum voluntatis. Ibidem n. 58.

Quinam actus ſubdantur imperio rationis: vide Ibidem [illegible] & ſequentibus.

Præter judicium regulans electionem, conſtituendum [illegible] Deo imperium regulans uſum & executionem. Tomo 4. [illegible] d. 1. n. 32.

Potentia executiva Dei, quæ eſt ejus ſcientia practica, [illegible] ad extra produxit per actum imperii formaliter immanentem, virtualiter tranſeuntem; juxta illud Pſalmi 148. *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt.* Tomo 1. t. 3. d. [illegible]

*Incarnatio.*

Quid Incarnationis nomine ſignificetur: Tomo 4. Tract. in 3. partem, diſp. prœmiali, n. 1.

Varii Hæreticorum errores circa Incarnationis myſterium. Ibidem n. 6. & ſequentibus.

Judæorum error exiſtimantium Meſſiam nondum ven[illegible] teſtimoniis veteris teſtamenti confutatur. Ibidem n. [illegible]

Poſſibilitas Incarnationis ſuadetur, & argumenta, quæ contra illam fieri ſolent, diluuntur. Ibidem d. 2. n. 1. & ſequentibus.

Verbum divinum per Incarnationem non ſolùm non [illegible] intrinſecè mutatum, ſed nec etiam innovatum. Ibidem [illegible] ſequentibus.

Poſſibilitas Incarnationis ſolo lumine naturali cognoſci [illegible] quit. Ibidem n. 53.

Myſterium Incarnationis Deo, homini, totique univerſo convenientiſſimum. d. 3. n. 1. & ſequentibus, ubi variæ [illegible] giæ Incarnationis convenientiæ declarantur.

Tres mixturæ factæ in myſterio Incarnationis. Ibidem n. [illegible]

Chriſtus per Incarnationem quomodo creſceret [illegible] dem n. 11.

Splendor divinitatis per myſterium Incarnationis [illegible] tur, & noſtræ naturæ claritas augetur: ideoque tale myſterium per electrum, quod fit ex mixtura auri & argenti, apud Ezechielem repræſentatur, ut eleganter declarat D. Greg. Ibidem n. 12.

Incarnatio ſignificatur per oſculum, quod eſt præcipuum amoris & benevolentiæ ſignum, ut tradit D. Bern. ſerm. [illegible] Cantica. Ibidem n. 15.

Zeno Veronenſis ait, quod in cœleſti Zodiaco Virginem [illegible] pit libra, ut noſceremus per Chriſti ex Virgine adventum [illegible] vectam eſſe juſtitiam. Ibidem n. 16.

Myſterium Incarnationis figuratum fuit per myſticam [illegible] ſcalam, in qua Jacob vidit Angelos aſcendentes & deſcendentes. Ibidem n. 19.

Ante Incarnationem Angeli patiebantur ſe ab hominibus orari, ſed poſt Incarnationem hoc nolunt permittere, quia [illegible] dent naturam hominis Dei filio hypoſtaticè unitam, & [illegible] tum celſitudinis gradum evectam, ut quò altiùs attollatur [illegible] habeat. Ibidem n. 19.

Per Incarnationem homines in ordine gratiæ habent [illegible] homogeneum, & ejuſdem naturæ, à quo omnium gratiarum charismata in membra defluunt. Ibidem n. 20

Per Incarnationem Deus dedit nobis perfectum exemplar omnium virtutum, & præclariſſimum ſpeculum, ut egregiè declarant D. Bernardus, & Drogo Oſtienſis. Ibidem n. 21.

Chriſtus factus eſt homo, ut homo haberet in Deo unde [illegible] poſſet plenè beatus; in anima, videndo Chriſti Divinitatem; in corpore, videndo ejus humanitatem, ſicque tota hominis conversio eſſet ad Chriſtum. Ibidem n. 22.

Per Incarnationem non ſolùm motivum, ſed etiam faculta[illegible] tem ipſum amandi, nobis Deus præbuit. Ibidem n. 26

Convenientius fuit Filium incarnari, quàm Patrem, vel Spiritum Sanctum; & naturam humanam potiùs quàm angelicam ab illo aſſumi. Ibidem n. 30. & ſequentibus.

Incarnatio convenienti tempore facta fuit. Ibidem n. 35. & ſequentibus.

Nulla pura creatura poteſt condignè ſatisfacere pro culpa mortali propria, vel aliena, ſubindeque neceſſarium fuit Deum incarnari, ad exhibendam Deo condignam ſatisfactionem. Ibidem d. 4. n. 2. & ſequentibus.

Ex vi præſentis decreti, Verbum Divinum carnem humanam non aſſumpſiſſet, ſi homo non peccaſſet. Ibidem d. 5. n. 3. & ſequentibus.

Solo exiſtente peccato originali veniſſet Chriſtus ex vi præſentis decreti, non verò exiſtentibus ſolis peccatis actualibus. Ibidem n. 72. & ſequentibus.

Unio Verbi Divini cum humanitate, non eſt facta in natura, ſed in perſona. Ibidem d. 6. n. 3. & ſequentibus.

Verbum unitur humanitati ſine ullo prorſus medio aut modo ab extremis modaliter diſtincto. Ibidem n. 46. & ſequentibus.

Aſſumptio humanæ naturæ ad perſonam Verbi, creatio animæ Chriſti, & productio humanitatis, ſunt actiones realiter inter ſe diſtinctæ. Ibidem n. 77. & ſequentibus.

Terminus totalis actionis unitivæ Dei eſt Chriſtus, ſeu perſona compoſita ex humana & divina natura; terminus verò formalis, eſt ipſa Verbi divini ſubſiſtentia, ut communicata humanitati. Ibidem n. 91. & ſequentibus.

Unio hypoſtatica ex parte extremorum quæ uniuntur, non eſt maxima omnium unionum, bene tamen ex parte medii quo uniuntur. Ibidem n. 105. & ſequentibus.

Beata Virgo non fuit elevata à Deo tanquam inſtrumentum

rum ad conjungendam hypoſtaticè humanitatem Verbo Divino, nulla tamen cur id repugnet ratio efficax aſſignari poteſt Ibidem d. 7. n. 3. & ſequentibus.

Chriſtus per opera prioritate temporis vel naturæ præcedentia, Incarnationem non meruit; imò nec eam mereri potuit per opera ſubſequentia, vel prioritate naturæ antecedentia; potuit tamen de potentia abſoluta eam mereri de congruo per opera prioritate temporis antecedentia; potuit enim humanitas Chriſti priùs tempore quam uniretur Verbo produci, & in ſuppoſito ſibi connaturali ſubſiſtere, ſicque ſubſiſtens, opus ſupernaturale elicere ordinatum ad Incarnationem merendam. Ibidem n.14. & ſequentibus.

Chriſtus non meruit ſuæ Incarnationis continuationem, nec B. Virginis maternitatem, hoc eſt ex Beatiſſima Virgine concipi & naſci, nec alias circumſtantias Incarnationem antecedentes, vel concomitantes, bene tamen conſequentes, ut Paſtorum & Magorum adorationem, apparitionem ſtellæ &c. Meruit etiam reunionem ſuæ humanitatis ad Verbum, quæ fuit facta in reſurrectione. Ibidem n. 62. & ſeq.

SS. Patres qui Incarnationem præceſſerunt, eam de condigno mereri non potuerunt; eam tamen de congruo quantùm ad ſubſtantiam, & quantùm ad accelerationem, aliaſque circumſtantias meruerunt. Ibidem n. 85. & ſeq.

Beata Virgo, nec meruit, nec mereri potuit de condigno, ut eſſet Mater Dei, bene tamen de congruo. Ibidem n.116. & ſeq.

Verbum divinum terminat primario & immediatè humanitatem per ſubſiſtentiam perſonalem & relativam, ſecundariò verò & immediatè, per ſubſiſtentiam communem & abſolutam. Ibid. d. 8. n. 3. & ſeq.

Verbum non ſolùm ſubſiſtentiam, ſed etiam exiſtentiam in humanitate Chriſti ſupplevit, ſubindeque illa non per exiſtentiam creatam & ſibi propriam, ſed duntaxat per divinam & increatam exiſtit. Ibidem n.34. & ſeq.

Deus, ut communis tribus perſonis, ratione ſubſiſtentiæ abſolutè, poteſt alienam naturam aſſumere, illique immeditè uniri, ſubſiſtentiis relativis eam ſolùm ſecundariò terminantibus. Ibidem n. 59. & ſeq.

Plures perſonæ divinæ poſſunt unam naturam aſſumere, & & è contra una perſona divina plures naturas. In utroque tamen caſu non eſſent plures homines, ſed unus homo. Ibidem n.78. & ſequentibus.

Non poteſt etiam ſupernaturaliter, ſive de potentia abſoluta, perſona creata, vel creabilis, alienam naturam terminare. Ib.n.115.

Natura Angelica aſſumptibilis eſt à perſona divina. Ib.d.9.n,3.

Natura etiam irrationalis completa, poteſt, de potentia abſoluta, uniri hypoſtaticè Deo, & ab ipſo aſſumi in unitatem ſuppoſiti. Ibidem n 8.

Implicat materiam primam aſſumi ad divinam ſubſiſtentiam, ſine forma ſubſtantiali, anima tamen rationalis a corpore ſeparata, eſt unibilis Deo, & ab ipſo aſſumptibilis. Ibidem n, 37. & ſequentibus.

Partes integrales, puta caput, manus, brachium, quando ſunt inter ſe & toti compoſito unitæ, non poſſunt aſſumi, niſi aſſumatur compoſitum; ſi tamen ſeparentur à toto, poſſunt aſſumi, etiam illo non aſſumpto. Ibid. n 55. & ſeq.

Nullum accidens eſt immediatè aſſumptibile ad perſonalitatem ſeu ſubſiſtentiam divinam; non implicat tamen accidens uniri immediatè cum exiſtentia divina. Ibid, n 75.

Natura creata, ſubſiſtens in propria perſona, propriâ perſonalitate retentâ, non poteſt, etiam de abſoluta potentia, uniri perſonæ divinæ, & per illius ſubſiſtentiam ſubſiſtere. Ibidem n. 92. & ſequentibus.

Hæc propoſitio (*Deus aſſumpſit hominem*) in rigore & proprietate ſermonis non eſt vera. Ibidem n. 109.

Humanitas Chriſti, actu unita Verbo, non habet inclinationem ſeu appetitum innatum, per modum actus ſecundi, ad propriam perſonalitatem. Ibid. n. 116,

Sanguis Corporis Chriſti, non quidem purè nutrimentalis, ſed naturalis, hypoſtaticè Verbo Divino unitus eſt, ſive ad ejus ſubſiſtentiam aſſumptus. Idem dicendum de aliis humoribus, & de ſpiritibus vitalibus & animalibus, nec non de dentibus, unguibus, & capillis. Ibid. n. 137. & ſeq.

Sanguis Chriſti non ſolùm dum eſſet in corpore Chriſti viventis, ſed etiam in triduo mortis, in quo manſit ſeparatus à corpore, fuit hypoſtaticè unitus Verbo Divino Ibid. n. 161.

Ordine executionis priùs naturâ aſſumptæ ſunt à Verbo partes humanitatis, quàm tota humanitas, & anima priùs naturâ quam corpus. Ibidem d 10. n. 3.

Gratia habitualis in anima Chriſti exiſtens, non habuit rationem medii, ſeu diſpoſitionis phyſicæ, aut moralis, ad unionem hypoſtaticam cum Verbo; poteſt tamen dici medium congruentiæ reſpectu hujus unionis. Ibid, n. 18.

*Infernus.*

Error Origenis aſſerentis pœnas damnatorum non eſſe in æternum duraturas, ſed per miſericordiam Dei tandem aliquando finiendas, impugnatur Tomo 3. t. 6. d.8. n. 91.

Ignis fornacis Babylonicæ, quadraginta novem cubitos ſupra fornacem aſcendebat, nunquam tamen ad quinquageſimum, qui eſt annus Jubilei, perveniebat, ut per hoc ſignificaretur, ignis tartarei combuſtionem fore perpetuam, & damnatos nunquam veniam ſeu indulgentiam peccatorum conſecuturos, Ibid. n. 97.

D. Cyprianus eleganter pœnas inferni deſcribit ſerm. de Aſcenſ. ad finem, ſicut & D. Gregorius lib. 15. Moralium. Ib. n. 98.

Propheta Regius loquens de damnatis ait: *Mors depaſcet eos.* non enim mors eos eradicabit, vitam ex toto auferendo, ſed depaſcet, conſervando radicem vitæ, ut iterum pullulent, iterum & iterum, atque in æternum depaſcendi. Unde Bernardus *Mors depaſcet eos, quia ſemper morientur ad vitam, & ſemper vivent ad mortem.* Ibid. Hugo Victorinus lib 4. de animâ ſic infernum deſcribit: *Infernus profundum ſine fundo, ubi nulla ſpes boni, & nulla deſperatio mali.* Ibidem.

*Intentio.*

Intentio eſt actus voluntatis, licèt præſupponat actum intellectus. Ejus objectum formale eſt finis, tam ultimus, quam non ultimus, ut per media obtinendus. Tomo 3. t. 2. d. 8. n. 1. & ſequentibus.

*Baſes uniuſcujuſque animæ ſunt intentiones ſuæ, nam ſicut fabrica columnis, columnæ autem baſibus innituntur; ita vita noſtra in virtutibus, virtutes verò in intima intentione ſubſiſtunt.* Gregorius in Moralibus Ibidem n. 7.

*Facies animæ eſt mentis intentio, quia ſicut ex facie pulchritudo corporis exiſtit; ita & rectitudo operis ex mentis intentione* Bernardus. Ibidem.

Mentis intentio lucernæ & oculo à Chriſto comparatur: quia ſicut à luce omnia decorantur & ornantur, ita (inquit Gregorius) *per bonæ intentionis radium, merita illuſtrantur actionis:* Et ſicut oculo pes, manus, & cætera corporis membra reguntur, eorumque externi motus, quo debent tendere diriguntur, ſic intentio, veluti animæ oculus, humanos actus in ultimum finem ordinat, à quo mala intentione deflectunt. Unde Gilbertus in Cantica: *Si plures habes oculos, ſagittantis exemplo, omnes alios claude, hoc uno utaris, quo ſolum dilectum valeas intueri.* Ibidem.

An, & quæ intentio ad valorem Sacramenti requiratur, Vide tomo 5. t. 2. d. 6. n. 16. & ſeq.

*Iracundia.*

Iracundia eſt exceſſus iræ, & immodicus appetitus vindictæ. De hoc vitio eleganter diſſerunt Caſſianus & Seneca. Tomo 4. t. 11. d. 7. n. 31. & 32.

In Deo non eſt propriè ira, ſed metaphoricè tantùm. Tomo 1. t. 4. d 6 n. 58

*Iuramentum.*

Juramentum eſt atteſtatio divini Numinis, vel invocatio divini teſtimonii, ad fidem faciendam, promiſſionemve firmandam. Tomo 4. t. 11. d. 3 n. 24.

Ut juramentum religioſum ſit, tria habere debet, veritatem, juſtitiam, judicium, ſecundum illud Jeremiæ: *Vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in juſtitia.* Veritas requiritur, quia Deus non niſi verum poteſt teſtificari. Juſtitia, quia non vult ſuo teſtimonio alicui injuſtè noceri. Judicium, quia Dei teſtificatio irreligioſè adducitur de re admodum levi, vel ubi nulla eſt neceſſitas. Ibidem.

Falſa & erronea eſt Tamburini ſententia, aſſerentis licitum eſſe inducere teſtem ad jurandum falſum, quod jurans quidem putat eſſe verum, ipſe verò inducens ſcit eſſe falſum. Tomo 3. in diſſertatione de probabilitate n. 91. & ſeq.

*Ius.*

Jus multipliciter dividitur. Tomo 4. t. 11. d. 2, n. 2.

Jus gentium dicitur illud, quod eſt omnibus gentibus benè inſtitutis commune, & earum conſenſu vel ſaltem uſu inductum Ibidem n. 3.

Jus gentium continetur ſub jure poſitivo humano, quamvis aliquid participet de jure naturali. Ibidem.

Diviſio librorum juris Canonici & Civilis. Tomo 3. t. 6. d. 1. n. 75.

*Iuſtitia.*

Iuſtitia eſt perpetua & conſtans voluntas jus ſuum unicuique tribuens. Duæ ſunt partes integrales illius, ſcilicet boni operatio & mali vitatio. Partes verò ſubjectivæ, ſeu illius ſpecies, ſunt tres, nempè juſtitia commutativa, diſtributiva, & legalis. Demum partes illius potentiales ſunt novem: nimirum religio, pœnitentia, pietas, obſervantia, gratitudo, vindicativa, veritas, amicitia, & liberalitas. Tomo 4. t. 11. d. 2. n. 1. & ſeq.

Ariſtoteles 5. Ethic. cap. 1. ait: *Præclariſſima virtutum eſt juſtitia, & neque Heſperus, neque Lucifer, ita admirabilis.* De illa vero dicit Ambroſius: *Hæc virtus publica eſt, aliis nota, non ſibi: foris tota, & quidquid habet quadam inclementia ſui, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos.* De illa etiam eleganter diſſerit Ribadeneira lib. 2. de Principe Chriſtiano. Ibid.

Juſtitia à Porphyrio vocatur *virtutum omnium obſonium*, quia ſicut fames ciborum omnium condimentum eſt, ita juſtitia omnibus virtutibus gratiam atque ſaporem conciliat. Ibid.

Juſtitia á D. Ambroſio Euphrati comparatur: *Euphrates enim* (inquit) *fœcunditas atque abundantia fructuū nuncupatur, præferens quoddam inſigne juſtitiæ, quæ omnem paſci animam. Nulla enim virtutum lætiores videtur habere fructus, quam juſtitia, quæ magis aliis quam ſibi prodeſt: & utilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens* Ibid. n. 9.

*Iuſtitia divina.*

In Deo non datur juſtitia commutativa, benè tamen diſtributiva, & vindicativa. Tomo 1. t. 4 d 7. n 7. & ſeq.

De hoc attributo eleganter diſcurrit Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 12. & 13. *A primordio* (inquit] *Creator tam bonus quam juſtus, pariterque utrumque proceſſit. Bonitas ejus operata eſt mundum, juſtitia modulata eſt, &c.* Et rurſus: *Iuſtitia Dei eſt plenitudo divinitatis ipſius exhibens Deum perfectum, & Patrem, & Dominum. Patrem clementiâ, Dominum diſciplinâ. Patrem poteſtate blandâ, Dominum ſeverâ. Patrem diligendum piè, Dominum timendum neceſſariè.* Ubi notanda ſunt verba illa: *Iuſtitia modulata eſt*, his enim innuitur, quod ſicut muſica diverſos tonos & cantus ordinat, & ad debitum numerum ac proportionem reducit: ita & juſtitia Dei in creatione mundi omnes creaturas ad debitum ordinem & conſonantiam redegit, dando unicuique quod ſuum eſt, & faciendo omnia in numero, pondere, & menſura. Unde ibidem addit Tertullianus; *Omnia ut bonitas concepit, ita juſtitia diſtinxit.* Ibidem.

*Iuſtificatio peccatoris.*

In juſtificatione peccatoris verè & propriè remittuntur peccata, & non ſolùm juſtitâ Chriſti teguntur, vel occultantur. Tomo 4. t. 9. d. 1. n. 2. & ſeq.

Cauſa formalis noſtræ juſtificationis non eſt juſtitia Dei vel Chriſti nobis imputata, ſed realis & interna quædam juſtitia, per quam interiùs renovamur & ſanctificamur, atque omnibus peccatorum ſordibus realiter mundamur, Ibidem n. 13. & ſeq.

Actus contritionis vel charitatis non ſunt neque eſſe poſſunt cauſa formalis juſtificationis, ſed id ſoli gratiæ habituali competit. Ibidem n. 43. & ſeq.

Non poteſt homo, etiam de potentia extraordinaria, perfectè & completè juſtificari, per ſolum externum favorem Dei, ſed neceſſario requiritur infuſio alicujus formæ ſupernaturalis, tollentis maculam peccati, quæ in ſtatu elevationis naturæ humanæ ad ordinem ſupernaturalem, non poteſt eſſe alia quam gratia habitualis. Ibid. n. 59. & ſeq.

Tanta eſt inter gratiam habitualem, & peccatum mortale, tum actuale, tum habituale pugna, ut ne divinâ quidem virtute in eodem ſubjecto ſimul eſſe poſſint. Ibidem n. 115. & ſequentibus.

Quæ diſpoſitiones ad juſtificationem adulti requirantur, explicatur n. 145. & ſeq.

Per abſolutam Dei potentiam adultus juſtificari poteſt, ſine ullo motu liberi arbitrii in peccatum. Ibidem n. 176.

Actus contritionis & charitatis ad gratiam juſtificantem ultimo diſponentes, procedunt ab illa ut à principio radicali vitæ ſupernaturalis; non verò ab aliquo auxilio ab ea realiter diſtincto. Ibidem n. 182.

Licèt communiter juſtificatio fiat in tempore, & in ea procedatur de imperfecto ad perfectum; per ſe tamen non requirit tempus, ſed poteſt unico inſtanti fieri, neſcit enim tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Ibidem n. 215.

Licet juſtificatio non ſit actio miraculoſa, eſt tamen mirabilis, & præcipuum opus divinæ omnipotentiæ. Ibid. n. 229.

Mirabilia quæ fiunt in juſtificatione peccatoris ibidem recenſentur, & varia Sanctorum Patrum teſtimonia referuntur. Item n. 231. quatuor cauſæ noſtræ juſtificationis explicantur.

L.

*Lex.*

HOc nomen lex, vel à legendo, vel à ligando dicitur. Tomo 3. t. 6. d. 1. n. 1.

Exiſtentia, ſeu neceſſitas legum declaratur. Ibidem n. 4.

Lex præſupponit actum voluntatis, ſed conſiſtit formaliter in actu intellectus, nimirum in actu imperii, ſeu potius in aliquo per ipſum conſtituto. Ibidem n. 6. & ſeq.

De ratione legis eſt quod ad commune bonum ordinetur, quod ſit perpetua, & quod pro communitate feratur. Ibid. n. 24.

Explicantur differentiæ, quæ inter legem, præceptum, ſententiam, & privilegium reperiuntur, ibid. n. 43. Apud quos poteſtas legislativa reſideat. Ibidem n. 44. & ſequentibus explicatur.

Ut lex obliget in actu ſecundo, aliqualis ejus promulgatio neceſſario requiritur; illa tamen non eſt de eſſentia legis, aut ratio formalis illius, ſed duntaxat conditio neceſſario requiſita, ut actualiter obliget ſibi ſubditos. Ibid. n. 55. & ſeq.

Lex ſic rectè definitur à D. Thoma: Lex eſt quædam rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet, promulgata. Ibidem n. 69.

Legis diviſio ibidem n. 70. explicatur.

Lex æterna ponenda eſt in Deo, quæ nihil aliud eſt, quàm ratio divinæ ſapientiæ exiſtens in Deo ab æterno, ſecundum quod eſt directiva omnium actuum & motionum creaturarum, in ordine ad bonum commune totius univerſi. Ibidem d. 2. n. 1. & ſequentibus.

Quomodo lex æterna differat ab idea & providentià, ibidem n. 6. & ſeq. explicatur.

Univerſæ leges, ab æterna, ut rivuli à fonte promanant, juxta illud Proverb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt.* Ibidem n. 9.

Lex æterna eſt verè & propriè lex, quæ creaturis intellectualibus promulgatur per impreſſionem luminis rationis; creaturis verò ratione carentibus, per impreſſionem inclinationis & inſtinctus naturalis, Ibid. n. 14. & ſeq.

Datur in nobis lex naturalis, quæ conſiſtit in … ad ea quæ tali lege præſcripta ſunt obligantis. Ibidem d. 1. n. … & ſeq.

Hæc tria, lex naturæ, conſcientia, & ſyndereſis diſtingu… tur. Ibidem n. 23.

Omnia præcepta Decalogi pertinent ad legem natur… excepto tertio de ſanctificatione Sabbati, quod quantum ad … terminationem temporis, eſt legis divinæ poſitivæ & … Ibidem n. 27. & ſeq.

Præter legem naturalem & divinam adhuc neceſſariæ … leges humanæ. Ibidem d. 4. n. 1.

Lex humana eſt ordinatio rationis humanæ ad bonum … mune, ab eo qui curam communitatis habet ſufficienter pro… gata. Ibidem n. 3.

Conditiones & qualitates legis humanæ, ab Iſidoro … Ibidem n. 5. & ſeq.

Qualem promulgationem requirat lex humana, … ibidem n. 18. & ſeq. declaratur.

Ut lex humana obliget, non requiritur conſenſus, … tio populi, ſed ea, ſi juſta ſit, & legitimè promulgata, … ſubditos etiam diſſentientes & repugnantes. Ibid. n. 19.

Lex humana non poteſt obligare ad actus internos, qui … exteriores non manifeſtantur, nec cum illis aliquam … nem habent; bene tamen ad actus internos, qui per ſe … exteriorum, illos ſufficienter manifeſtantium; imò & … ternos, qui per ſe ſunt cauſæ in genere moris, ſaltem … tiones neceſſarias, quamvis per exteriores non manifeſte… Ibid. d. 5. n. 3. & ſeq.

Leges humanæ, ſive Eccleſiaſticæ, ſive civiles, poſſunt … pam obligare, & neceſſitatem in foro conſcientiæ impon… n. 23. & ſeq.

Leges humanæ poſſunt obligare ad culpam mortalem, … teria ſit gravis, non verò, ſi materia levis ſit. Ibidem n. … quentibus.

Leges humanæ interdum obligant cum periculo & … vitæ, non tamen ſemper. Ibid. n. 56. & ſeq.

Quinam verò legibus humanis teneantur, ibidem n. … quentibus declaratur.

Dantur leges humanæ purè pœnales, illæque poſſunt … ante ſententiam judicis ad quamcumque pœnam paſſiv… privativam, ſecùs verò ad pœnam activam, ſeu quæ … cutionem aliquam re, actionem requirit. Ibid. d. 9. n. …

An tranſgreſſor legis pœnalis teneatur in conſcientia … pœnam legis poſt judicis ſententiam? Ibidem n. 34. & … bus declaratur.

Leges quibus tributa imponuntur, non ſunt purè pœ… Ibidem n. 47.

Leges humanæ mutari & abrogari poſſunt, idque … dis: primò per expreſſam revocationem Principis: ſecun… conſtitutionem novæ legis priori repugnantis: tertiò, per … trariam conſuetudinem. Ibid. d. 10. n. 20. & ſeq.

Lex Divina vetus, quæ à tempore Moſis, uſque ad Chriſti … paſſionem, & mortem inter Iſraëlitas viguit, fuit bona, … cta, atque utilis populo Judaïco, non tamen perfecta, … tim ſi comparetur cum lege nova. Ibid. n. 17. & ſeq.

Fuit data à Deo Moyſi, per Angelos, & ab eodem promul… Ibidem n. 28. & ſeq.

Triplicia fuerunt præcepta legis Moſaicæ, moralia, cæremo… nialia, & judicialia. Ibid. n. 43.

Lex Moſaïca in ipſa Chriſti morte & reſurrectione ceſſavit.

Non fuit tamen mortifera, ſtatimque ceſſavit obligare; … aliquo tempore, poſt illius abrogationem, fuit licitum … illius præcepta cæremonialia, quamvis non eſſet neceſſari… Ibid. n. 53. & ſeq.

Chriſtus inſtituit novam legem, quæ triplicia continet præ… cepta, nempe moralia, Sacramentalia, & fidei. Ibidem d. 12. … & ſequentibus.

Quomodo lex nova differat à veteri, ibidem n. 12, & ſequenti… bus, explicatur.

*Libellus repudii.*

Olim permiſſum fuit Judæis repudiare uxores, non ſolùm im… punè, ſed etiam licitè, ita ut eas repudiando non peccarent, Deo … in lege naturæ diſpenſante, & matrimonii vinculum, per legem … repudii diſſolvente. Tomo 5. t. 8. d. 5. n. 28.

Forma hujus libelli, ſeu verba in eo contenta, hæc erant: *Ego … Rabbi Symeon, filii Rabbi Abraham, filii Rabbi David, filii Rabbi … Salomonis, die prima menſis ſecundi, anno à creatione mundi … &c. hic & in hac civitate, ex animi conſenſu, & ſine ulla co… actione, repudiavi Rachael filiam Rabbi Moſis, filii Rabbi Io… ſeph, filii Rabbi Iacob, & dedi illi libellum repudii in manu ſua … dam abſciſſionis, & ſignaculum diviſionis, ut ſit à me abſciſſa, & … abeat quocumque voluerit, ducique poſſit ab omni viro, nec … quiſquam prohibere præſumat, juxta conſtitutionem Moyſis & Iſrael.* Ibidem n. 20.

Repudium non fuit licitum Gentilibus, ſed ſolis Hebræis; … qui tamen excuſari poſſunt à culpa repudii, ratione ignorantiæ … invincibilis. Ibidem n. 31.

Primus qui inter Romanos anno circiter ab urbe condita … ſterilitatis causâ uxori repudium dedit (teſte Valerio Maximo) … fuit Spurius Camillus, vel Corbilius, ſeu Corvinus, … 

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tamen reprehenſione dignus judicatus eſt, quod cupiditatem liberorum conjugali fidei prætuliſſet. Ibidem n. 23.

*Libertas arbitrii.*

Multiplex libertatis diviſio. Tomo 3. t. 2. d. 2. n. 150.

Varii circa liberum arbitrium Hæreticorum errores. Ibidem n. 152.

Homo in ſtatu innocentiæ fuit liber libertate indifferentiæ. Ibidem n. 153.

Etiam in ſtatu naturæ lapſæ homo gaudet libertate indifferentiæ. Ibidem n. 156.

SS. Patres, ut voluntatis noſtræ indifferentiam explicent, eam comparant cardini verſatili, qui modò versùs Orientem, poſtea versùs Occidentem vergit. Ibidem n. 156.

Arbitrii libertas, juxta Bernardum, eſt planè quid divinum, præfulgens in anima, tanquam gemma in auro. Ibidem n. 159.

Homo ad imaginem Dei dicitur conditus, quia libertate indifferentiæ fuit à Deo donatus. Ibid. n. 160.

Ut actus noſtri ſint laudabiles aut vituperabiles, meritorii, vel demeritorii, non ſufficit ſpontaneitas, ſeu libertas à coactione, ſed requiritur libertas indifferentiæ. Quod adeò certum exiſtimat D. Thomas, ut dicat oppoſitum contrariari fidei, & omnia Philoſophiæ moralis principia ſubvertere. Auguſtinus etiam ait, hoc adeò eſſe notum & manifeſtum, ut *illud cantent & in montibus paſtores, & in Theatris Poetæ, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & Magiſtri in Scholis, & Antiſtites in Sacris locis, & in orbe terrarum genus humanum.*

Ut actus ſint moraliter boni vel mali, meritorii, vel demeritorii, non requiritur neceſſariò libertas contrarietatis ſeu ſpecificationis, ſed ſufficit libertas contradictionis ſeu exercitii. Ibidem n. 176.

Indifferentia contradictionis, ſeu poteſtas ad agendum vel non agendum, non ſolùm pertinet ad ſtatum libertatis, ut eſt in nobis viatoribus, ſed etiam ingreditur eſſentiam & rationem formalem; non verò indifferentia ad bonum & malum, ſeu peccandi potentia. Ibidem n. 186. & ſequentibus.

*Lucifer.*

Lucifer ſupremus fuit inter Angelos, unde Job 40. ſub typo Behemot, appellatur *principium viarum Dei*, quia nimirum, ut ait Gregorius, *cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit.* Quare etiam de illo ſub figura Regis Tyri dicitur: *Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei. Omne lignum Paradiſi Dei, non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini ejus; quoniam ſpecioſum fecit eum in multis condenſiſque frondibus.* Tomo 2. t. 7. d. 13. n. 183. ubi etiam lege egregia SS. Patrum teſtimonia.

Bernardus alloquens Luciferum ſerm. 3. de verbis Iſaiæ, ſic ait: *Bonum erat tibi, ſi ignifer magis eſſes quàm Lucifer, nec tam immoderato appetitu lucendi, ut eras frigidus ipſe, frigidam quoque eligeres regionem.* Ibidem n. 184.

Gregorius lib. 32. moral. explicans perfectiones quas Lucifer in ſua creatione acceperat, ſic ait: *In medio ignitorum lapidum perfectus ambulavit, quia inter Angelorum corda, charitatis igne ſuccenſa, clarus gloriâ conditionis extitit. Quàm bene extentum, ac protegentem dicit, omne enim quod extenti protegimus, obumbramus. Et quia comparatur claritati ſuæ, cæterorum claritatem obumbraſſe creditur, ipſe extentus & protegens fuiſſe perhibetur. Reliquos enim quaſi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem, excellentiâ majore tranſcendit.* Ibid. d. 10. n. 13.

*Lutherus.*

Lutherus diſtinctionem neceſſitatis conſequentis & conſequentiæ, quâ utuntur Theologi ad conciliandam libertatem humanam cum divina providentia & prædeſtinatione, ut merum phantaſma, & inutile figmentum irridet. Tomo 1. in Apolog. Thomiſtarum n. 47.

Lutherus variis in locis clarè & apertè docet realem corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſticis præſentiam. Et in libro de abroganda Miſſa, longam ait ſe habuiſſe diſputationem cum Dæmone, qui ſophyſticis argumentis contendebat, Chriſtum non adeſſe ſub ſacris ſpeciebus, à quo tamen, ut ipſe ibidem teſtatur, convinci non potuit. Tomo 5. t. 4. d. proœmiali n. 61.

*Lux.*

A luce omnis decor, venuſtas, & pulchritudo rebus accedit; ex hac ſyderum nitor, cœli ſplendor, terræ ornatus, totiuſque mundi forma & venuſtiſſima ſpecies; ideoque hanc Deus primam omnium creavit, ut ex ejus radiis cuncta pulchreſcerent; vel ut ait Hugo à S. Victore: *Primum fecit lumen, ut cætera omnia poſtmodum faceret in luce.* Tomo 1. diſp. proœmiali n. 10.

*Lumen gloriæ, vide Viſio beatifica.*

*Luxuria.*

Luxuria vitium capitale eſt, quia multa alia vitia ex illa oriuntur, propter vehementem delectationem cum qua conjunctum eſt, quâve homines alliciuntur ad multa alia peccata perpetranda, aut in alia vitia incurrunt. Tomo 4. t. 11. d. 7. n. 25.

Octo ſunt vitia, quæ ortum ducunt à luxuria, & quæ ſunt veluti hujus miſeræ matris filiæ infelices, nimirum cœcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, & horror futuri. Quibus adjungit Iſidorus alia quatuor externa & ad locutionem pertinentia, nempe turpiloquia, ſcurrilia, ſive leviter & inconſideratè dicta, ludicra ſeu faceta, & ſtultiloquia. Ibidem n. 26.

Hoc vitium eleganter deſcribit Hieronymus in quadam Epiſtola, his verbis: *Ignis infernalis eſt luxuria, cujus materia gula, cujus flamma ſuperbia, cujus ſcintillæ prava colloquia, cujus fumus infamia, cujus cinis immunditia, cujus finis gehenna.* Ibidem n. 28.

## M.

*Manſuetudo.*

Manſuetudo eſt virtus, quæ paſſionem iræ ita componit & moderatur, ut non permittat eam exurgere, niſi cùm oportet, & in ea menſura in qua fuerit neceſſarium. Tomo 4. t. 11. d. 6. n. 21.

Manſuetudo diſtinguitur à clementia, licèt enim utraque mitiget iram circa vindictam, ſub diverſa tamen ratione id præſtant; manſuetudo quidem, quatenus id decet animum iræ dominantem; clementia verò, quatenus id conſentaneum eſt homini in poteſtate conſtituto. Unde manſuetudo communis eſt omnibus perſonis, clementia vero propria eſt Superiorum & Judicum. Ibidem n. 22.

*Martyrium.*

Martyrium eſt præſtantiſſimus actus fortitudinis. Tomo 4. t. 11. d. 5. n. 5.

Parvulos & adultos ex opere operato juſtificare poteſt. Tomo 5. t. 3. d. 1. n. 131.

Mors ex peſte in obſequium languentium oppetita, non eſt verum & propriè dictum martyrium, ut contendit Theophilus Rainaudus, in libro quem édidit de martyrio per peſtem, qui idcirco juſtiſſimè à ſacra Inquiſitione Romana anno 1647. damnatus eſt. Ibid. n. 159. & ſequentibus.

*Macula peccati, vide peccatum habituale.*

*Mater Dei.*

Humanitas Chriſti ex hoc quod eſt unita Deo, & beatitudo creata ex hoc quod eſt fruitio Dei, & B. Virgo ex hoc quod eſt Mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito quod eſt Deus, & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo. Tomo 4. t. 1. in 3. p. d. 3. n. 7.

Unum ex præcipuis ſignis prædeſtinationis eſt devotio ſingularis erga Sanctiſſimam Virginem, quæ eſt veluti via lactea, quâ electi pergunt ad Regis cœleſtis palatium, & myſtica ſcala Jacob, per quam Deus deſcendit in terram, & homo aſcendit in cœlum. Tomo 2. t. 5. d. 4. n. 33.

*Maria Magdalena.*

Petrus Damianus ſerm. 5. de S. Bonifacio, hæc ait de S. Magdalena: *Stipula tartari in momento cedrus facta eſt paradiſi, & torris inferni factus eſt ſplendidum Sydus cœli.*

Stephanus Cantuarienſis apud Tilmanum in allegoriis, ait B. Magdalenam eſſe mirabilem illum arcum quem Deus poſuit in nubibus, ut ſignum eſſet fœderis, quod cum hominibus inierat. Sicut enim (inquit) arcus fit ex repercuſſione radiorum Solis, & nube rorida; ita Chriſtus, verus Sol juſtitiæ, reſpiciens Magdalenam veluti nubem roridam, eam velut ſacram iridem, variarum virtutum coloribus decoravit, & in lacrymarum imbrem reſolvit. Tomo 4. t. 9. d. 1. n. 250.

*Matrimonium.*

Matrimonium vocatur conjugium, eo quod duos ſub eodem veluti jugo ſocietatis perpetuæ conjungat. Dicitur etiam connubium, à velo quo ex antiqua ceremonia teguntur virgines & obumbrantur, quando maritis traduntur. Tomo 5. t. 8. d. 1. n. 1.

Formaliter conſiſtit in vinculo illo, quo conjuges uniti ſunt, reſultante ex mutua eorum obligatione, ſeu ex mutuo jure & poteſtate, quam ex mutua traditione uterque conjux habet in corpus alterius. Ibidem n. 3.

Matrimonium non ſolùm eſt ex inclinatione & inſtinctu naturæ, ſed etiam cadit ſub præcepto, non poſitivo, ſed naturali. Ibidem n. 16. & ſeq.

Polygamia, ſeu uxorum pluralitas, eſt contra legem naturæ; non tamen directè fini primario matrimonii, ſed ſecundario tantùm adverſatur. Ibidem n. 43.

Matrimonium eſt verè & propriè Sacramentum, ſeu ſignum practicum & efficax gratiæ ſanctificantis. Ibidem d. 2. n. 5.

Eſt etiam Sacramentum, quando inter abſentes per procuratores, vel per litteras contrahitur. Ib. n. 25. & ſeq.

Miniſtri hujus Sacramenti ſunt ipſi contrahentes, non verò ſacerdos ipſos benedicens, & hæc verba, *Ego conjungo vos*, proferens. Verba autem & ſigna conjugum, quibus mutuum conſenſum exprimunt, ſunt ſibi invicem materia & forma. Ibidem n. 67. & ſequentibus.

Copula conjugalis non eſt de eſſentia matrimonii. Ibidem d. 4. n. 121.

Secundùm legem naturæ matrimonium indiſſolubile eſt, quamvis poſt conſummationem majorem jure naturali habeat indiſſolubilitatem. Ibidem d. 5. n. 4.

Per adulterium alterius conjugis non diſſolvitur quoad vinculum, bene tamen per votum ſolemne Religionis, idque jure naturæ. Ibidem n. 45. & ſequentibus.

Matrimonium infidelium, etiam poſt conſummationem, diſſolvi poteſt, etiam quoad vinculum conjugale, ſi alter conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit pacificè & ſine contumelia Creatoris habitare cũ illo; ſecùs verò ſi alter velit pacificè & ſine ſcandalo cohabitare. Ibidem n. 88.

Tria ſunt præcipua matrimonii bona, ratione quorum honeſtum redditur, & prudenter eligibile, nempe bonum prolis, bonum fidei, & bonum ſacramenti. Ibidem d.6.n.5.

Impedimenta matrimonium prohibentia & dirimentia. Ibidem d.8.& 6. explicantur.

*Meritum juſti.*

Homo juſtus per gratiam operando, poteſt verè & propriè, ſeu de condigno, aliquid à Deo promereri. Tomo 4.t.9.d.2.n.2

Conditiones ad merendum requiſitæ, ibidem n.12.& ſequentibus explicantur.

Redditio præmii pro meritis in Deo non eſt actus gratitudinis aut fidelitatis, ſed juſtitiæ, non commutativæ, ſed diſtributivæ. Ibidem n.79.& ſequentibus.

Opera juſtorum ex gratia & charitate procedenria, ſunt verè & propriè meritoria de condigno vitæ æternæ, quæ in gratia tanquam fructus in ſemine continetur Unde Bernardus: *Latet gloria fratres mei, abſcondita nobis eſt in tribulatione; in momentaneo hoc latet æternitas, in hoc levi pondus ſublime & ſupra modum.* Ibidem n.120.

Meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem, ad alias autem virtutes ſecundariò, ſecundùm quod earum actus imperantur à charitate. Unde Auguſtinus: *Anima charitati quantùm adhæreſcit, tantùm de lumine gloriæ illuſtrabitur.* Et S. Thomas: *Plus participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate.* In hujus rei typum Apocal. 21. Angelus menſurâ arundineâ aureâ metitur portas & murum cœleſtis Jeruſalem, ut per hoc ſignificaret, charitatem eſſe menſuram gloriæ eſſentialis, & gradus luminis gloriæ commenſurari gradibus charitatis. Ibidem n.136 & ſequentibus.

Nullus poteſt de condigno ſibi mereri primam gratiam juſtificantem, ſed illa ex pura Dei miſericordia tribuitur. Unde Auguſtinus: *Cui redderet coronam juſtus Iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors Pater? Quomodo illa tanquam debita redderetur, niſi prius iſta gratuita donaretur?* Nullus etiam homo purus alteri poteſt de condigno mereri primam gratiam, bene tamen de congruo. Ibidem n.286.& ſequentibus.

Homo juſtus non poteſt mereri ſibi reparationem poſt lapſum, merito de condigno, neque de congruo, ſi meritum de congruo ſtrictè & propriè accipiatur; illum tamen poteſt mereri alteri, merito de congruo propriè & ſtrictè ſumpto. Ibidem n.204. & ſequentibus.

Homo non poteſt mereri de condigno donum perſeverantiæ; ſicut enim prævenienti gratiæ, rectæ vitæ tribuitur initium; fœlix illius clauſula dono perſeverantiæ aſſignatur, utrumque Divinæ gratiæ opus eſt, illud prævenientis, iſtud finalis; ambo Divinæ munificentiæ dona præclariſſima, unde neutrum cadit ſub merito; illud quidem, quia principium eſt meriti; iſtud, quia meritorum omnium perfectio & conſummatio eſt. Ibidem n.216.

Prædeſtinatio eſt veluti aurea quædam catena, quâ Deus homines ad ſe trahit, & è terra ad cœlum evehit, ex variis Dei beneficiis, veluti annulis compoſita, nempe prædeſtinatione, vocatione, juſtificatione, & glorificatione: aurea verò fibula, quâ annuli illi inter ſe cohærent, perſeverantia eſt; hæc enim finem principio, & glorificationem æternæ prædeſtinationi conjungit. Hac Deus ad cœlum electos attrahit, ſed miſerans, juxta illud Jeremiæ 31. *Attraxi te miſerans*, quia perſeverantiæ donum, ex ſola Dei miſericordia, non verò ex noſtrorum operum meritis, nobis tribuitur. Ibidem n.119.

*Meritum Chriſti.*

Chriſtus verè & propriè meruit, à primo inſtanti ſuæ conceptionis, & in infantia, totoque vitæ tempore, uſque ad inſtans mortis excluſivè; unde vulnus lateris Chriſto mortuo inflictum, non fuit meritorium, neque ſatisfactorium; hæc tamen plaga valde nobis fuit ſalutaris, *Chriſtus enim compunctus in cruce, balſamum per cavernam punctionis erupit, odorem remiſſionis peccatorum & redemptionis effudit*, ut ait Ambroſius: Animæ devotæ in hoc vulnere lateris, ut myſticæ columbæ, continuò habitare & conquieſcere debent, ut egregiè declarant Guerricus Abbas & Lanſpergius. Tomo 4.t.1.in 3.p.d.21 n.4.& ſequentibus.

Chriſtus meruit per actum charitatis, ut terminatum ad bonitatem divinam; non ut eſt ratio diligendi perfectiones neceſſarias Dei, ſed ut eſt ratio diligendi creaturas. Ibidem n.42 & ſeq.

Varii modi conciliandi libertatem & meritum Chriſti cum ejus impeccabilitate referuntur, ac refelluntur, & verus ſtatuitur & explicatur. Ibidem n.57.& ſequentibus,

Operationes Chriſti Domini habuerunt valorem meritorium ſimpliciter infinitum Ibidem n.110.& ſequent.

Chriſtus non ſibi meruit gratiam habitualem, nec gloriam eſſentialem animæ, benè tamen gloriam ſui corporis, ſuique nominis exaltationem, juxta illud Tertulliani: *Chriſtus favos poſt fella guſtavit, nec ante Rex gloriæ in cœleſtibus ſalutatus, quàm Rex Iudæorum proſcriptus in cruce.* Nobis autem meruit omnes prædeſtinationis effectus, hoc eſt, gloriam, gratiam, auxilia ſupernaturalia, diſpoſitiones proximas & remotas ad gratiam, &c. Deus enim, ut ait Apoſtolus, *benedixit nos omni benedictione ſpirituali in Chriſto.* Ibidem n.137.& ſequentibus.

*Metus.*

Quæ ex metu fiunt, ſunt mixta ex voluntario & involuntario, ſeu voluntaria ſimpliciter, & involuntaria ſecundùm quid. Tomo 3.t.2.d.1.n.94.& ſequent.

Metus non ſolvit valorem contractus matrimonii, ... ſolemnis Religionis ex natura rei, ſed jure tantùm poſitivo. Ibidem n.112.

*Miſericordia Dei.*

Miſericordia eſt in Deo formaliter, non ſolùm quantùm ad affectum, ſed etiam quantùm ad effectum ſubveniendi alienæ miſeriæ. Tomo 1.t.4.d.7.n.44 & 45.

Miſericordia eſt attributum Deo maximè proprium. Ibidem n.46

Tres rationes D. Thomæ cur Deus miſerendo & parcendo omnipotentiam ſuam manifeſtet Ibidem n.4.

Deus eſt, ut ait Euthimius, infinitum quoddam pelagus miſericordiæ, in quo qui ſe mergit, non obruitur, ſed ſalvatur; ... tur verò qui non ſe immergit. Ibidem.

Miſericordia appellatur à D. Bernardo primordialis cauſa omnium, & cauſaliſſima cauſarum. Ibidem.

Miſericordia in Deo includit omnem perfectionem ſimpliciter ſimplicem & rationem actus puriſſimi & perfectiſſimi, ... giè explicat Cajetanus. Ibidem n.48.

Divinæ miſericordiæ thronus Ezechiel, 1. dicitur eſſe poſitus ſupra firmamentum, quia divina miſericordia nullo ... bitur tempore, & nullo coarctatur loco. Ibidem n.51

Divinæ miſericordiæ thronus Apocal. 4. dicitur eſſe Iride circumdatus, quia ſicut in Iride varii colores videntur, ... rimi, ita miſericordia Dei, multiplex nobis apparet. ... lum eſſe ſimilem viſioni Smaragdinæ, quia ſicut nullius ... aſpectus jucundior eſt, quàm aſpectus Smaragdi, qui ... ſua oculorum laſſitudinem recreat, ſic etiam nullius ... vini conſideratio, ita mentem hominis exhilarat ac ... cut divinæ miſericordiæ contemplatio. Ibidem.

Myſterium Incarnationis fuit neceſſarium ad aliquod ... miſericordiæ complementum Ibidem n.53.

*Miſſa.*

Nomen Miſſæ, quod aliqui Hebraicum putant, alii ... num, antiquiſſimum eſt. Tomo 5.t.4.d.n 3.

Miſſa, ſive celebratio Euchariſtiæ, eſt verè & propriè ... cium. Ibidem n.5,

Tota ejus eſſentia conſiſtit in conſecratione corporis & ſanguinis Chriſti, ut dicente ordinem tranſcendentalem ... ptionem, tanquam ad finem & terminum extrinſecum. Ibidem

Valor ſacrificii Miſſæ eſt intenſivè & extenſivè infinitus, indeque oblatus pro pluribus, æquè prodeſt cuilibet, ac ſi ... no tantùm offeratur; non licèt tamen propterea pro ... plura ſtipendia à pluribus accipere Ibidem n.65.& ſequent.

*Miſſio divinarum perſonarum.*

Miſſio divinarum perſonarum, ſic definiri vel deſcribi poteſt: *Miſſio eſt proceſſio originis à mittente, cum novo modo exiſtendi in alio.* Unde Pater æternus à nullo mitti poteſt, Filius à ſolo Patre & Spiritus ſanctus à Patre & Filio. Tomo 2.t.6 d.13.n.8.& ...

Miſſio inviſibilis divinarum perſonarum, non fit niſi ... gratiæ & charitatis. Ibidem n.15.& ſequentibus.

Triplex datur in homine inviſibilis miſſio divinarum perſonarum. Prima fit in Baptiſmo, vel in prima peccatoris juſtificatione; ſecundâ homo juſtificatus novum gratiæ augmentum acquirit, tertia fit in ipſa beatitudine, in qua Deus incipit eſſe novo modo in anima per unionem eſſentiæ ſuæ, in ratione ſpeciei intelligibilis. Ibidem n.29.

In Miſſione inviſibili divinarum perſonarum, Filius & Spiritus ſanctus, ratione gratiæ ſanctificantis, ſunt ſpecialiter; ... ſecundùm ſubſtantiam, præſentes in anima juſta Ibidem n.32.

*Modeſtia.*

Modeſtia à modo dicitur, quia nimirum modum ſtatuit ... humanis affectionibus & actionibus, in geſtu corporis, cultu ... veſtitu ſervari debet. Tomo 4.t.11.d 6.n.23.

Modeſtiam eſſe Dei portionem, id eſt partem notabilem habitationis Dei in homine, egregiè dixit Ambroſius. Tertullianus verò de illa loquens hæc ſcribit: *Emanat ab anima in habitum, & eructat à conſcientia in ſuperficiem, ut & ſitum ... ſuppellectilem ſuam.* Ibidem.

Homo modeſtus ſolo ſui aſpectu contuentibus prodeſt, quod Ambroſius explicat ſimilitudine hujus animalis, quod ſi ab ... rico conſpiciatur, ſanat conſpicientem. Unde Ignatius Epiſt. ad Trallianos, præſulis modeſtiam vocat, *Magnam aliorum diſciplinam.* Ibidem.

De modeſtia cultûs ſeu apparatus exterioris Tertullianus in libro de velandis virginibus, eas alloquens ſic ait: *Veſtite vos ... co probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ, Deum habebitis amatorem.* Ibidem n.35.

*Mollities.*

Erronea eſt Caramuelis ſententia, aſſerentis mollitiem jure naturæ prohibitam non eſſe; unde ſi Deus (inquit) eam non interdixiſſet, ſæpè eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali. ... rum celeſſe naturam Chriſtianum Doctorem, quod Poeta Gentili, & aliàs in moribus ſatis depravato, ſcilicet Martiali, non ... cultavit; ille enim mollitiem, ut de ſe malam, & naturæ repugnantem, acriter reprehendit Epigram. 42. Tom. 3. in diſſertatione de probabilitate, n.68.& 69.

*Moralitas actuum humanorum.*

Moralitas actuum humanorum conſiſtit in relatione quam actus humani dicunt ad ſuam regulam ſeu menſuram; unde libertas eſt quidem fundamentum moralitatis actuum humanorum ...

non tamen ipſa moralitas formaliter. Tom,3.t,3.d,1. n.2.& ſeq.

Duæ ſunt regulæ moralitatis, una remota, & extrinſeca, in mente divina exiſtens, ſcilicet lex æterna; alia proxima & intrinſeca, ac in homine reſidens, nempe dictamen noſtræ rationis, ſecundùm quod prædictam legem participat, & ei ſubordinatur. Ibidem n.29.

Duæ tantùm ſunt ſpecies moralitatis, bonitas ſcilicet & malitia; indifferentia enim non eſt aliqua ſpecies moralitatis, media inter bonitatem & malitiam. Ibidem d. 2. n.1.& ſeq.

Bonitas moralis conſiſtit formaliter in reſpectu tranſcendentali ad objectum, ut conſonum regulis morum. Ibidem n,10.

Prima & ſpecifica actuum humanorum moralitas ſumitur ex objecto, in eſſe morali, & ut conſonat vel diſſonat rationi, conſiderato; ſecundaria verò, & accidentalis ſumitur ex circumſtantiis. Ibidem d. 3.n.1. & ſequentibus.

Actus humani interdum ultra bonitatem vel malitiam quam ſumunt ex objecto, habent aliam ex fine operantis, quæ eſt diverſa ſpecie ab ea quam habent ex objecto.

An idem actus humanus poſſit ſimul habere diverſas ſpecies moralitatis, ibidem d. 4. n. 3. & ſeq. fuſè declaratur. d

*Mors.*

Mors eſt effectus ſeu pœna peccati originalis; unde Iſidorus in libro etymol. docet quod mors à mordendo dicitur, quia cùm primus parens fructum vetitum momordit, per morſum mortem incurrit. Tomo 3. t. 5. d. 8. n. 13.

Mors eſt veluti pons, quo juſti tranſeunt ad immortalitatem. Unde Auguſtinus lib. 13. de civit. *Tantam Deus fidei gratiam præſtitit, ut mors, quam conſtat vitæ eſſe contrariam, inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad vitam.* Ibidem.

*Moſes*

Moſes non fuit author veteris legis, ſed duntaxat ejus promulgator. Tomo 3. t. 6. d. 11. n. 31. & ſequentibus.

N.

*Neceſſitas.*

EXplicatur mens Anſelmi diſtinguentis duplicem neceſſitatem; alteram antecedentem; quæ tollit libertatem; alteram conſequentem, quæ libertati non nocet. Tomo 2. t. 5. d. 6. n.149.

Hæc propoſitio: *Quod ex inimpedibili per neceſſariam ſequitur conſequentiam, hoc immpedibile eſt & neceſſarium*, fuit olim damnata Romæ à Xiſto IV. anno 1476. ut refert Sylvius in opuſculo de primo motore. Ibidem n. 158.

Omnis ſuppoſitio antecedens, non inducit neceſſitatem antecedentem. Ibidem n. 129. & ſequentibus.

*Nomen Dei.*

Non poteſt à viatoribus, benè tamen à beatis, Deo imponi nomen, quod ipſum quidditativè, & ut eſt in ſe ſignificet. Tomo 1. t. 2. d. 6. n. 1. & ſeq.

Decem præcipua nomina quibus Hebræi olim Deum cognominare ſolebant. Ibidem n. 11.

Nomen Dei quatuor litteris apud omnes Gentes ſcribitur. Ibidem n. 12.

Aliqua ſunt nomina, quæ removent à Deo imperfectiones creaturarum; alia, quæ ipſum ſignificant per modum exceſſus & ſupereminentiæ; alia, quæ exprimunt ejus cauſalitatem & dominium erga creaturas. Ibidem n. 13.

Deus eſt quod cùm dicitur non poteſt dici; cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari; cùm definitur ipſâ definitione creſcit, ut loquitur Nazianzenus. Ibidem n. 14.

Deus rectè appellatur à Dionyſio & Nazianzeno *innominabilis & omninomius*, quia licèt pluribus nominibus appelletur, ut à nobis aliquo modo cognoſci poſſit, nullum tamen ipſum exprimere poteſt ut eſt in ſeipſo. Unde egregiè Auguſtinus: *Omnia poſſunt dici de Deo, & nihil dignè dicitur de Deo. Nihil latius hac inopia. Quæris congruum, non invenis, Quæris quoquo modo dicere, omnia invenis.* Ibidem.

*Notiones divinæ.*

Diſcrimen quod inter relationes, proprietates, & notiones verſatur. Tomo 2 t. 6. d 7. n. 43.

Tria requiruntur, ut aliquid dicatur notio in divinis. Ib. n. 44.

In divinis quinque tantùm dantur notiones, nimirum paternitas & innaſcibilitas in Patre, filiatio in Filio; ſpiratio activa in Patre & Filio, ut ſunt principium Spiritus Sancti, & proceſſio ſeu ſpiratio paſſiva, in ipſo Spiritu Sancto. Ibidem n. 49.

O.

*Obedientia.*

OBedientia eſt virtus ſpecialis, quia etſi ad omnium materias ſe extendat, in omnibus tamen unam inſpicit rationem formalem, quæ eſt ſuperioris præceptum Tomo 4. t. 11 d. 4. n. 5.

Tres conditiones ad perfectam obedientiam requiruntur. Ibidem n 4.

S. Auguſtinus & D. Thomas obedientiam cæteris virtutibus moralibus præferre videntur. Ibidem.

*Oblatio.*

Oblatio, ut diſtincta à ſacrificio, eſt actus, quo res externas Deo offerimus, ſine mutatione earum facta. Unde Apoſtolus ad Hebræos 5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Ubi per dona, quæ diſtinguit Apoſtolus à ſacrificiis, intelligit ſimplices oblationes primitiarum, aliarumque rerum, quæ non adolebantur aut conſumebantur in ſacrificium, ſed integræ Deo offerebantur, ad uſum ſacerdotum & templi. Tomo 4. t. 11. d. 3. n 21.

*Obſervantia.*

Obſervantia eſt virtus, per quam homines aliqua dignitate antecellentes, cultu quodam & honore proſequimur: ſicut enim parentibus & patriæ, quæ ſunt principia naturalis eſſe & educationis, debemus peculiare obſequium & cultum, pro quo exhibendo conſtituitur pietas; ita ſuperioribus, quia authores ſunt noſtræ gubernationis & directionis, per leges, per præcepta, per conſilia, per doctrinam. &c. debemus ſpecialem honorem, ad quem præſtandum ponitur obſervantia. Tomo 4. t. 11. d. 4. n. 2.

*Occiſio ſui.*

Non licet homini ſeipſum interficere, ut ad feliciorem tranſeat vitam, vel ut præſentis vitæ miſerias evadat: ſicut enim (inquit Lactantius) in hanc vitam non noſtrâ ſponte venimus; ita rurſus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis aſſignatum eſt, ejuſdem juſſu recedendum eſt, qui nos in hoc corpus induxit, tandiu habitaturos, donec jubeat emitti. Unde falſa eſt quorundam Caſuiſtarum ſententia, aſſerentium milites navales, licitè poſſe ignem injicere in pulverem ſulphureum, ne navis in hoſtium poteſtatem integra deveniat, vel ne hoſtes fiant animoſiores ex parta victoria. Tomo 3. in diſſertatione de probabilitate n. 103.

Falſa & erronea eſt Tamburini ſententia, aſſerentis, ad tormenta, damnaque gravia vitanda, poſſe quemlibet ſibi falſum crimen imponere, etiamſi mors ſit ſibi ſecutura. Sicut enim qui falſo teſtimonio alium perimit, homicida eſt; ita qui ſeipſum falſo teſtimonio interimit, ſuicida eſt, quid enim refert quod ſeipſum ferro vel linguâ perimat, dummodo ſeipſum perimat? Ib. n. 100.

Non minùs à veritate alienum eſt, quod idem Author aſſerit, nimirum juſtè damnatum ut fame pereat, poſſe oblatum panem reſpuere. Cùm enim in eo caſu non ſumere panem, ſit ſeipſum occidere, manifeſtum eſt, illum eodem præcepto teneri panem oblatum acceptare, quo tenetur ſeipſum non occidere.

*Omiſſio.*

Ut omiſſio & effectus ex illa ſequens ſint voluntaria, requiritur debitum ſeu obligatio ponendi actum qui omittitur. Tomo 3. t 2. d. 1. n. 31.

*Opinio.*

Opinio eſt actus intellectus, qui fertur in unam partem contradictionis, cum formidine alterius. Tomo. 3. in diſſertatione de probilitate, n. 8.

*Intellectus rationi innititur, fides authoritati, opinio ſola veriſimilitudine ſe tuetur. Habent illa duo certam veritatem; ſed fides clauſam & involutam; intelligentia, nudam & manifeſtam. Cæterum opinio certi nihil habens, verum per veriſimilia quærit, potius quàm apprehendit.* Ita Bernardus 5. de conſider. cap. 2. Ibidem.

Opinio non eſt virtus intellectualis. Ibidem.

Non licet ſequi opinionem minùs probabilem, faventem libertati, in concurſu probabilioris, quæ favet præcepto. Ibidem n. 16. & ſequentibus.

Probabiliſtarum monſtra, ſeu varii novorum Caſuiſtarum exceſſus referuntur ac refelluntur. Ibidem n. 64. & ſequent.

Caſuiſtarum Apologia, à Sorbona, & Galliæ Epiſcopis, & tandem à Summo Pontifice reprobatur. Ibidem n. 162. & ſeq.

In concurſu duarum opinionum æquè probabilium, tutior ſemper eſt eligenda Ibidem n. 196. & ſequentibus.

Unius tantùm Doctoris ſuffragium ſeu authoritas, communiter loquendo, non poteſt reddere opinionem aliquam probabilem, & in praxi tutam. Ibidem n. 207. & ſequent.

*Oratio.*

Licèt oratio ſit actus religionis, quæ eſt in voluntate, ſubjectatur tamen & elicitur ab intellectu, cùm orare nihil aliud ſit, quàm internum noſtrum conceptum ad Deum ordinare, ipſi exprimere, intimare, & notum facere, quod eſt munus intellectus. Tomo 4. t. 11. d. 3. n. 5.

Quatuor in oratione veluti partes integrales numerat Apoſtolus 1. ad Timoth. 2. orationem, poſtulationem, obſecrationem & gratiarum actionem. Ibidem n. 7.

Dionyſius Areopagita lib. de divin. nomin. pulcherrimo ſymbolo & erudienti hieroglyphico, aureæ catenulæ è cœlis emiſſæ, ad ſydera & ad ipſum Deum nos trahentis, orationem depinxit & adumbravit Ibidem n. 8.

Anima oratione deſtituta, eſt veluti paralitica; ſicut enim, ut ait Chryſoſtomus, corpus humanum abſque nervis motum aliquem habere non poteſt, ita neque anima abſque oratione. Ib.

Oratio eſt cella vinaria, in qua anima inebriatur vino devotionis, quod lætificat cor, & torrente voluptatis potatur. Ibid.

Varia orationis elogia ibidem ex Auguſtino referuntur.

Qualitates bonæ orationis rectè deſignantur ſimilitudine Thymiamatis, quod offerebatur in templo, ex præcepto Dei, mane & veſpere, ut Caſſiodorus & Bellarminus egregiè declarant. Ibidem.

*Ordo ſeu Ordinis Sacramentum.*

Ordo ſeu ordinatio, quâ Miniſtri Eccleſiæ initiantur, eſt verè & propriè Sacramentum. Tomo 5 t. 7 d. 1. n. 2.

Non ſolùm Sacerdotium, ſed etiam Diaconatus, Subdiaconatus, & quatuor minores Ordines, ſunt verè & propriè Sacramenta. Ibidem d. 2. n. 9. & ſeq.

Singulorum Ordinum materia & forma, ibidem n. 38 & ſequentibus explicantur.

Nequit ſimplex Sacerdos, ex commiſſione Summi Pontificis, con-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cōferre majores Ordines, benè tamen minores. Ib. d.3.n.3.& ſeq.

*Oſculum.*

Incarnatio ſignificatur per oſculum, quod eſt præcipuum amoris & benevolentiæ ſignum: ſicut enim in oſculo os unius dilecti ori alterius conjungitur; ita per incarnationem duæ naturæ divina ſcilicet & humana, in eadem Perſona Verbi copulantur, ut eleganter declarat D. Bernardus ſerm. 1. in Cantica. Tomo 4. t. 1. in 3. p d. 3. n. 15.

Spiritus ſanctus Patris & Filii oſculum dicitur, ut egregiè expendit D. Bernardus ſerm. 8. in Cantica, ubi hæc verba Sponſæ: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, explicans ait: *Si rectè Pater oſculans, Filius oſculatus accipitur, non erit abs re oſculum Spiritum ſanctum intelligi; utpote qui Patris, & Filij imperturbabilis pax ſit, gluten firmum, individuus amor, indiviſibilis unitas.* Tomo 2. t. 6. d. 10. n 112.

Eucherius Homil. in initio quadrageſimæ, oſculum impudicum, *arrham peccati* appellat, additque etiam eſſe *morſum diaboli*. Baſilius verò lib. de vera virginitate hæc ſcribit: *Formoſorum oſcula cavere oportet, non ſecùs quàm animalium venenatorum morſus: diffunditur enim venenum ex oſculo per totum corpus.*

P.

*Papa.*

PAPA ſeu Romanus Pontifex, ex Cathedra loquens, eſt infallibilis regula fidei, & judex controverſiarum. Tomo 4. t. 10. d. 4. n. 8.

Soli ſingulari perſonæ Petri à Chriſto conceſſus fuit primatus & ſuprema poteſtas regendi univerſalem Eccleſiam, non verò aliis Apoſtolis, ſubindeque Paulus æqualem cum Petro non habuit poteſtatem & authoritatem in Eccleſia, Ibidem n. 35. & ſeq.

Romanus Epiſcopus eſt legitimus Petri ſucceſſor in primatu totius Eccleſiæ. Ibidem n. 78. & ſequent.

De fide eſt Clementem IX eſſe legitimum Petri ſucceſſorem & Chriſti Vicarium. Ibidem n. 103.

Sacræ ſucceſſionis Romanorum Pontificum ſeries. Ibidem n. 125. & ſequentibus.

Nullus ex ducentis triginta tribus Pontificibus, qui hactenus Eccleſiam Catholicam gubernarunt, dies Petri exæquavit: cujus egregiam rationem tradit Petrus Damianus. Ibidem n. 126.

*Paradiſus terreſtris.*

Quæ Moyſes ſcripſit de Paradiſo terreſtri, non figuratè & allegoricè, ſed litteraliter intelligenda ſunt. Unde Paradiſus terreſtris fuit locus viſibilis & corporeus, in Orientis partibus ſitus, non verò ſub Æquinoctiali, aut Zona torrida, ſed ſub Zona temperata. Tomo 2. t. 8. d. 2. n. 2. & ſequent.

Quem ſitum, ſeu altitudinem habuerit, & quantæ fuerit magnitudinis, amœnitatis, & pulchritudinis, Ibidem n. 24. & ſequentibus declaratur.

In medio ejus duas arbores præſtantiſſimas Deus plantaverat, quarum una arbor vitæ, altera arbor ſcientiæ boni & mali dicebatur. Ibidem n. 42. ſequent.

In medio quoque ejus erumpebat magnus fons, qui in quatuor capita, ſeu ingentia flumina dividebatur, quorum nomina erant Phiſon, Gehon, Tigris, & Euphrates. Ibidem n. 51.

Paradiſum terreſtrem adhuc extare, & Henoch ac Eliam in eo commorari, uſque ad adventum Antichriſti, celebris eſt multorum SS. Patrum, & veterum ac recentium Theologorum ſententia. Ibidem n. 57. & ſequentibus.

*Peccatum.*

Peccatum definitur ab Auguſtino, dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. Unde eſſentiale eſt cuilibet peccato, quod ſit contra legem Dei æternam, ſicut & quod ſit injuria & offenſa Dei. Tomo 3. t. 5. d. 1. n. 54. & ſequent.

Præcipuæ ſpecies ſeu diviſiones peccati, ibidem d. 2. n. 1. & ſequentibus exponuntur.

Diſtinctio ſpecifica peccatorum ſumitur ex objecto in quod tendunt, non verò ex præceptis quibus opponuntur. Ibid. n. 13.

Ratio formalis conſtitutiva peccati commiſſionis, non conſiſtit in privativo, ſed in poſitivo, nimirum in tendentia actus humani ad objectum ut regulis morum difforme. Ib. d. 3. n. 15. & ſeq.

Non poteſt dari omiſſio culpabilis, ſine actu præcedente, aut concomitante, qui ſit cauſa vel occaſio omittendi. Ibidem n. 81.

Omiſſio in ſomno contingens, verè imputatur ad culpam, tempore quo inſtat præceptum, & non ſolum eſt effectus peccati. n. 141.

Peccata commiſſionis & omiſſionis, ſunt ejuſdem ſpeciei in genere moris, ſi ad idem ordinentur, & ex eodem motivo procedant. Ibidem n. 166.

Omnia peccata non ſunt inter ſe connexa, nec æqualia in gravitate & malitia. Ibidem d. 4. n. 1. & ſequentibus.

Inæqualitas eſſentialis peccatorum ſumitur ex objecto accidentalis, ex circunſtantiis non mutantibus ſpeciē. Ib. n. 23. & ſeq.

Appetitus ſenſitivus, prout eſt in homine conjunctus parti rationali, etiam ſine actuali voluntatis influxu, poteſt eſſe principium & ſubjectum culpæ venialis. Ibidem d. 5. n. 18 & ſeq.

Non poteſt voluntas peccare, niſi aliquis error practicus, vel ſaltem aliqua inconſideratio, ſeu inadvertentia, in intellectu præceſſerit. Ibidem d. 6. n. 19.

Deus non directè, nec indirectè dici poteſt cauſa peccati. Ibidem n. 33. & ſequentibus.

Error Pelagii, negantis peccatum Adæ in ejus poſteros traduci, pluribus Scripturæ & SS. Patrum teſtimoniis, variiſque [illegible] nibus refellitur. Ibidem d. 7. n. 1 & ſequentibus.

Quomodo peccatum originale voluntarium ſit, Ibidem [illegible] & ſequentibus explicatur.

Quomodo verò per generationem in poſteros Adæ tra[illegible] tur, Ibidem n. 44. declaratur.

In quo ejus eſſentia ſeu ratio formalis conſiſtat, vide Ibidem 109. & ſequentibus.

In quo ſubjectetur, vide n. 150.

Parvuli cum ſolo originali decedentes, non ſubibunt pœnam gehennæ, & combuſtionis æternæ, nec ullo afficientur dolore, triſtitia interiori, ob carentiam beatificæ viſionis; non [illegible] men poſt diem judicii beati beatitudine naturali. Ib. n. 151. [illegible]

Inclinatio naturalis ad bonum honeſtum minuitur [illegible] per peccatum originale & actuale, non tamen omnino [illegible] bidem d. 8. n. 4. & ſequentibus.

Mors, morbi, & cæteræ miſeriæ corporales, ſunt effectus [illegible] pœnæ peccati originalis. Ibidem n. 11. & ſequentibus.

Relinquitur etiam ex peccato præterito quædam macula [illegible] nima peccatoris, quæ eſt privatio nitoris gratiæ ſanctificantis [illegible] cum reſpectu ad actum peccati præcedentem, a quo cauſa[illegible] bidem n. 19. & ſequentibus.

Macula peccati venialis conſiſtit in privatione fervoris [illegible] tatis, ſeu in diminutione charitatis quoad habilitatem & [illegible] tionem ad eliciendos ſuos actus. Ibidem n. 60.

Peccatum mortale per ſe, & ex malitia ſua intrinſeca, [illegible] pœnæ æternæ inducit; unde error Origenis eſt, pœnas [illegible] rum non eſſe in æternum duraturas, ſed per Dei miſericordiam tandem aliquando finiendas. Ibidem n. 95. & ſequentibus.

Peccatum veniale non remiſſum quoad culpam [illegible] conjunctum mortali, per accidens punietur in [illegible] æternum duraturâ, non tamen peccatum ſive mortale, ſive venia[illegible] le, dimiſſum in hac vita quoad culpam, ſed non quoad pœnam [illegible] bidem n. 107. & ſequentibus.

Unicuiq; peccato mortali duplex pœna debetur, ſcilicet dam[illegible] ni & ſenſus, id eſt carentia viſionis beatificæ, & dolor ſenſibilis [illegible] igne cauſatus. Ibidem n. 120 & ſequentibus.

Pœna damni multò gravior eſt pœnâ ſenſus, ut docet Chry[illegible] ſtomus homil. 47. ad populum Antiochenum Ibidem n. [illegible]

Pœna damni non eſt æqualis in omnibus damnatis. Ibidem [illegible] 135 & ſequentibus.

Peccatum veniale natura ſua diſtinguitur à mortali, [illegible] ſequentibus.

Inter peccatum mortale & veniale quinque præcipua [illegible] untur diſcrimina. Ibidem n. 25.

Peccator per peccatum mortale ultimum finem [illegible] conſtituit, ſi non expreſſe & formaliter, virtualiter [illegible] terpretative, ut egregiè declarat Tertullianus in lib. de [illegible] his verbis, quibus increpat peccatorem: *Potes lingua* [illegible] *manu confiteris? verbo deſtruere quod facto ſtruis. Vere* [illegible] *confiteri qui falſos facis*, &c. Item Hieronymus exponens [illegible] verſiculum Pſal. 80 *Non erit in te Deus recens*, hæc ſcribit [illegible] *vitia habemus, tot recentes habemus Deos*. Ibidem n. 48.

Creatura in qua mortaliter peccans, finem ultimum [illegible] tuit, non eſt illa, quæ eſt objectum peccati mortalis, ſed bonum proprium & privatum ipſius peccatoris, Unde Ariſtoteles [illegible] thic. cap. 8. pravos ſeu peccatores vocat *philautes*, ſeu amatores ſui & ibidem ait, quod *pravus ſui gratia cuncta agit, & tanto* [illegible] *gis, quantò pravior*. Ibidem n. 61. & ſequentibus.

Quem ultimum finem intendat ille qui venialiter peccat, Ibidem n. 75. declaratur.

Homo in ſtatu juſtitiæ originalis exiſtens, impotens erat pec[illegible] candi venialiter, antequam peccaret mortaliter, idque ex [illegible] integritatis & juſtitiæ originalis. Ibidem n. 96. & ſeq.

Angelo etiam convenit ex conditione ſuæ naturæ, quod [illegible] poſſit peccare venialiter, ſed tantùm mortaliter. Ib. n. 108. & ſeq.

Peccatum mortale, in ratione offenſæ, eſt gravitatis & malitiæ ſimpliciter infinitæ in eſſe moris. Ibidem n. 136.

Peccans mortaliter, quantùm eſt in ſe, Deum perimit, & a regno ſuo dejicit, ut egregiè declarat D. Bernardus ſerm. 3. de reſurrectione Domini. Ibidem n. 137.

Quilibet homo in primo inſtanti uſus rationis tenetur [illegible] mortali ad Deum ſe convertere, ſubindeque peccatum [illegible] cum ſolo originali eſſe non poteſt. Ib. d. n. 174 & ſeq.

*Pelagiani & Semipelagiani.*

Origo Pelagianæ hæreſis, & varii ſtatus illius, Tomo 4. t. [illegible] 1. n. 1. & ſequentibus.

Pelagius non ſolùm gratiam externam, conſiſtentem in manifeſtatione Evangelii, & exemplis Chriſti, ſed etiam internam Spiritus ſancti illuſtrationem agnovit. Ibidem n. 18.

Admiſit etiam excitationem & motionem moralem in voluntate, ſed per hoc à commendatione legis & doctrinæ [illegible] Ibidem n. 20.

Pelagius auxilium poſſibilitatis, ſeu quod dat poſſe, admiſit, ſed auxilium voluntatis & actionis, ſeu quod dat nobis velle & operari, rejecit. Ibidem n. 24.

Pelagius admiſit gratiam cooperationis, aut coefficientis [illegible] concurſum ſimultaneum ordinis ſupernaturalis. Ibidem n. [illegible]

Pelagiani docebant, gratiam remiſſivam peccati, eſſe [illegible] internè renovans, ſeu inſtaurans naturam, & non extrinſecè tantùm peccata condonans. Ib. n. 37.

Pelagiani veram Chriſti gratiam, quæ facit velle & operari, nunquam admiſerunt, licèt poſt damnatam eorum hæreſim ſub Zozimo Papa, cœperint deflectere ad Semipelagianiſmum, & docere gratiam ex meritis bonæ voluntatis dari; eamque ſolùm ad faciliùs operandum requiri. Ibidem n.43. & ſequent.

Pelagianorum errores circa liberum arbitrium. Ibidem n.48.

Origo Semipelagianæ hæreſis. Ibidem d.2.n.1.& ſeq.

Quid de prædeſtinatione Semipelagiani docuerint. Ibid.n.6.

Quid de viribus liberi arbitrii, initio fidei, & poſtrema in fide & ſanctitate perſeverantia. Ibidem n.12.

Inter Semipelagianos aliqui omnem prorſus gratiam, ab initio fidei & meriti removerunt, alii talem admiſerunt, quæ cùm eſſet purè indifferens, & liberi arbitrii determinationem non cauſaret, ſed expectaret, locum adhuc naturali merito relinqueret. Ibidem n.15.& ſequentibus.

Semipelagiani initio fidei & bonæ voluntatis vim merendi tantùm de congruo tribuerunt. Ibidem n.30.& ſeq.

Semipelagianæ hæreſis Authores, vel ſectatores præcipuì, fuerunt Vitalis Carthaginenſis, Caſſianus, Fauſtus Regienſis, Gennadius. Dubitatur verò de Severo Sulpitio, Chryſoſtomus verò (quidquid dicat Vaſquez in contrarium) nunquam in ſententia Semipelagianorum fuit.

Idem dicendum de Vincentio Lirinenſi, Caſſiani contemporaneo. Unde Vincentius ille, in quem ſcripſit Proſper, fuit alius ejuſdem nominis Ibidem n.39.& ſequentibus.

Canones ſecundi Concilii Arauſicani, contra Semipelagianos. Ibidem n.54.

Pelagiani & Semipelagiani aratoribus Ægypti non immeritò comparantur. t.8.d.3.n.13.

*Perfectio Dei.*

Deus rerum omnium perfectiones in ſe continet, ut teſtatur nomen Jehova, quod interpretatur *unus & omnia*, & derivatur à radice *Haiah*, quæ ſignificat ipſum eſſe, ſeu ipſam eſſendi plenitudinem, unde à Nazianzeno, pelagus quoddam eſſentiæ immenſum & infinitum, & à Triſmegiſto, *Rerum omnium univerſitas* appellatur. Similiter Græci illum τὸ πᾶν, id eſt univerſum, nominarunt, ut ſignificarent, omnia in illo eminentiſſimo & perfectiſſimo modo contineri. Tomo 1.t.1.d.4.n.17.& ſequentibus.

Perfectiones creaturarum, quæ *ſimpliciter ſimplices* appellantur, continentur in Deo formaliter; illæ verò, quæ dicuntur perfectiones *ſecundùm quid*, in eo ſolùm virtualiter, ſeu eminenter continentur. Ibidem n.22.& ſeq.

Deus ſimul cum creaturis non eſt quid majus aut perfectius, quàm Deus ſolus: ſicut Oceanus ſic à natura dives eſt, ſic ſeipſo abundans, ut nec adventitiis aquis creſcat, nec perpetua aquarum ſubter labentium fugâ decreſcat. Unde Auguſtinus: *Si fueris ſine Deo, minor eris, ſi fueris cum Deo, major Deus non erit: non ex te ille major, ſed tu ſine illo minor.* Ibidem n.30. & ſequentibus.

Mira divini eſſe eminentia & comprehenſio, declaratur in illa viſione Iſaiæ, quâ vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum &c. Ibidem n.26.

*Perſeverantia.*

Perſeverantia eſt virtus fortitudini annexa, quæ firmat animum ne ex diuturna difficilium paſſione fatigetur, & ab illorum ſuſtinentia diſiſtat. Tomo 4.t.11.d.5 n.7.

Deo non tantùm primitiæ, ſed etiam & decimæ olim offerebantur, quia ab ipſo non tantùm eſt inchoatio bonorum, per primitias ſignificata, ſed etiam perſeverantia in eis, deſignata per decimas; eodem Tomo t.8.d.1.n.349.

Elogia hujus virtutis eleganter deſcribunt D. Bernardus, & Gregorius magnus. Ibidem.

*Sola perſeverantia* (inquit Auguſtinus) *informat meritum, remunerat currentem, coronat pugnantem, & ad portum ducit navigantem. Hac ſola* (addit Bernardus) *æternitatis ſpeciem præ ſe fert: Sola eſt cui æternitas redditur, vel quæ æternitati hominem reddit.* Ibidem n.394. in fine.

Huic prudenti ejuſdem ſancti Doctoris conſilio obtemperandum eſt; *Tene quod tenes, hoſtiaque caudam junge capiti, & tunicam Dei gratia jam polimitam, cura facere & talarem; quoniam cœpiſſe nihil proderit, ſi quod abſit, perſeverare non contigerit.* Unde lepide Bleſenſis; *Cùm virtutes omnes currant ad bravium, ſola perſeverantia coronatur, & gloria filiæ Regis eſt in fimbriis aureis, quia nihil prodeſt gloria bonæ converſationis in principio, niſi ſit glorioſus & finis* Qua de cauſa in fimbria veſtimenti Summi Sacerdotis, juſſit Deus apponi malogranata, quibus coronam natura indidit, ut ſignificaretur, coronam dari ſoli perſeverantiæ.

*Perſona Divina in communi.*

Dantur in perſonis Divinis proprietates aliquæ reales, quibus conſtituuntur, & inter ſe diſtinguuntur. Tomo 2.t.6.d.11.n.2.

Perſonæ Divinæ non conſtituuntur per proprietates abſolutas, vel origines activas, & paſſivas, ſed per relationes, non ut exercent munus referendi, ſed quatenus ſunt formæ hypoſtaticæ, & prout ſubſiſtentiæ munus gerunt. Ibidem n.41.& ſequentibus.

Si ſubſiſtentia accipiatur pro perſeitate excludente communicabilitatem alteri ut ſuppoſito, non eſt ponenda in Deo, ſecundùm ſe conſiderato, & ut præintelligitur relationibus & perſonis, bene tamen, ſi uſurpetur pro perſeitate excludente dependentiam ab alio in exiſtendo. Ibidem d.5.n.3. & ſequentibus.

Subſiſtentia pro perſeitate independentiæ ſumpta, non multiplicatur in perſonis Divinis, bene tamen, ſi pro perſeitate incommunicabilitatis accipiatur. Ibidem n.35.& ſequen.

Quæ nomina ſingulariter vel pluraliter dicantur in Deo, vel perſonis Divinis, ibidem d.6.n.1.& ſequentibus explicatur.

*Perſona Patris.*

Duo ſunt nomina primæ Sanctiſſimæ Trinitatis perſonæ propria, nimirum nomen Patris, quod eſt tantæ religionis & excellentiæ, ut Cyrillus aſſerat, hoc præclariſſimum nomen magis ei quàm Dei titulum convenire; & nomen ingeniti, ſeu innaſcibilis, quod etiam ſummæ dignitatis & excellentiæ eſt, cùm deſignet, Patrem nedum in Divina perſonarum Triade, primatum tenere originis, ſed inſuper totius Divinitatis inexhauſtum eſſe, ac fontale principium. Tomo 2.t.6.d.8.n.1. & ſequentibus.

Innaſcibilitas, ut eſt Patris notio, non conſtituitur per aliquid poſitivum, ſed per negationem omnis proceſſionis vel productionis paſſivæ, quam de formali ſignificat. Ibidem n.6.& ſequentibus.

*Perſona Filij.*

Licèt varia in Sacris Litteris Dei Filius ſortiatur nomina, quæ Divus Ambroſius ad duodenarium numerum redegit, tria tamen ſunt præcipua, nempe nomen Filii, Verbi, & Imaginis. Ibidem n.9. initio.

Poetæ finxerunt olim Minervam ex Jovis cerebro prodiiſſe; ſed fides Catholica credit, increatum æterni Patris filium, ex fœcundiſſima ejus mente ante ſæcula genitum fuiſſe. Unde egregiè Tertullianus in Apologetico, Gentilium Philoſophorum inſipientiam irridens: *Accipite* (inquit) *hanc fabulam, ſimilis eſt veſtris.*

Verbum per ſe in quarto modo procedit ex cognitione Patris, ſui, Spiritus ſancti, & creaturarum poſſibilium, non tamen ex cognitione futurorum, ſive abſolutorum, ſive conditionatorum. Ibidem n.4.& ſequentibus.

Ratio imaginis verè & propriè, ac perfectiſſimè competit Verbo Divino Ibidem n.101.& 102.

Creatæ imagines, vel non ſunt veræ, quia fideliter non repræſentant prototypum; vel ſunt inanimatæ, & mutæ, quia carent vitâ, & facultate loquendi; vel denique inanes & vacuæ, quia carent virtute & operatione: *At imago iſta* (inquit Ambroſius) *veritas eſt; imago iſta, Dei virtus eſt; non muta, quia Verbum eſt; non inanis, quia virtus eſt; non vacua, quia vita eſt; non mortua, quia reſurrectio eſt.*

Præcipua Verbi Divini encomia, in primo capite Evangelii D. Joannis contenta, Ibidem n.112.& ſequent.

*Perſona Spiritus ſancti.*

Græcorum error circa proceſſionem Spiritus ſancti, teſtimoniis Scripturæ & SS, Patrum refellitur. Ibidem d.10.n.2.& ſequentibus.

Chriſtus cùm reſurrexiſſet à mortuis, & apparuiſſet Diſcipulis ſuis, inſufflavit, & dixit: *Accipite Spiritum ſanctum*, ut illum de ſe procedere oſtenderet. *Propterea*, inquit Bernardus, *in illo Domini conflatu Spiritus ſanctus datus eſt, ut per hoc intelligeretur, & ab ipſo pariter, tanquam à Patre procedere, tanquàm verè oſculum, quod oſculanti oſculatoque commune eſt.* Ibidem n.9.

Athanaſius comparat Patrem Soli, Filium luci, ſeu ſplendori, & Spiritum ſanctum ardori ſeu calori; & docet quod ſicut à Sole procedit lux, & à Sole & luce calor; ita & à Patre Verbum generatur, & à Patre, Filioque Spiritus ſanctus producitur. Ibidem num.13.

Si Spiritus ſanctus à Filio non procederet, ab illo non diſtingueretur realiter. Ibid n.26.& ſeq.

Spiritus ſanctus pro principio ſui productivo, per ſe duas perſonas exigit, Patrem ſcilicet, & Filium; ex vi enim ſuæ proceſſionis habet quod ſit mutui ac reciproci amoris terminus, nexus individuus Patris & Filii, ac ſuaviſſimum oſculum utriusque. Ibid. n.63.& ſequentibus.

Pater & Filius unum ſunt Spiritus ſancti principium. Ibidem num.78.

Tertia ſanctiſſimæ Trinitatis perſona, Spiritus appellatur, tum quia ejus proceſſio plures & egregias cum reſpiratione noſtra habet ſimilitudines & analogias; tum etiam, quia ſuis donis nos ſpirituales efficit, & in quandam Divinæ ſpiritualitatis trahit participationem. Dicitur verò ſanctus, quia illi ex vi ſuæ proceſſionis, & ratione proprietatis perſonalis, ſanctitas convenit, & eſt creaturæ rationalis ſanctificator Ibidem num.99. & ſequentibus.

Nomen amoris duplici titulo Spiritui ſancto convenit, nempe ratione ſuæ proceſſionis, & ſuæ operationis Ibid.n.104.

Dicitur etiam donum, quia amor eſt primum donum quod confertur amico, & ad quod cætera conſequuntur. Ibid.n.106.

Plura alia Spiritus ſanctus habet nomina ſibi appropriata, dicitur enim indiſſolubile vinculum Trinitatis, individuus Patris & Filii nexus, ſuaviſſimum utriuſque oſculum, fructus gaudii, quo Pater ab æterno gaudet & lætatur & Filio, Paracletus, ſpiritualis unctio, virtus Altiſſimi, &c. Ibidem n.110.& ſequentibus.

Varia Spiritui ſancto attribuuntur opera, tam reſpectu totius crea-

creaturæ, ut creatio, ornatus & pulchritudo univerſi, &c. quàm reſpectu creaturæ rationalis, ut peccata remittere, mentem renovare, adoptionem filiorum tribuere, &c. Ibidem n.123.

Variæ & egregiæ rationes, cur Spiritus ſanctus ſub ſpecie & figura columbæ in baptiſmo Chriſti apparere voluit. Ibidem n. 128. & ſequentibus.

Sub ſymbolo aquæ gratia Spiritus ſancti congruè deſignatur. Ibidem n.135.

Variæ etiam aſſignantur congruentiæ, quare ſub ſpecie ignis & in forma venti, ſeu ſpiritus vehementis, nec non ſub figura linguæ igneæ, in die *Pentecoſtes* Spiritus ſanctus apparuerit, & ſuper Apoſtolorum capita deſcenderit, Ibidem n.136. & ſequentibus.

*Pietas,*

Pietas eſt virtus, per quam parentibus debitus cultus officiumque tribuitur. Tomo 4.t.11.d 4.n.1.

Parentes cùm ſint tanquam ſecundaria principia eſſentiæ & vitæ, repræſentant filiis quodammodo ipſum Deum, qui eſt primarius & ſummus omnium pater. Et ob hanc rationem, poſt præcepta primæ tabulæ, quæ ad cultum Dei pertinent, primum ſecundæ tabulæ inſtitutum fuit de honore parentibus exhibendo. Ibidem.

Pietas non ſolùm parentes, ſed etiam patriam reſpicit quia hæc etiam aliquo modo eſt ortûs principium, & opportuna ad educationem præbet Ibid.

*Pœnitentia, ut Sacramentum.*

Datur in Eccleſia Chriſti remedium aliquod, quo peccata poſt baptiſmum commiſſa remittuntur, illudque eſt Sacramentum propriè dictum. Tomo 5.t 5.d.1.n 4.& ſeq.

Remedium inſtitutum à Chriſto Domino pro reconciliatione lapſorum poſt baptiſma, non eſt memoria baptiſmi jam ſuſcepti, ſed aliquod Sacramentum à baptiſmate omnino diſtinctum, Ibidem n.10.

Sacramentum pœnitentiæ immediatè à Chriſto inſtitutum eſt, non ſolùm quantùm ad formale, ſeu quantùm ad poteſtatem abſolvendi à peccatis, ſed etiam quantùm ad materiale, ſeu quantùm ad confeſſionem peccatorum Ibidem n 28 & ſequent.

Sacramentum pœnitentiæ fuit inſtitutum à Chriſto poſt reſurrectionem, cùm verba illa protulit: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata,* &c. Ibidem n.30. & ſequentibus.

Materia proxima hujus Sacramenti ſunt actus pœnitentis, nimirum dolor de peccato, & ejusdem confeſſio, & pro eo ſatisfactio; materia verò remota illius ſunt peccata actualia poſt baptiſmum commiſſa. Ibidem n.41.& ſeq.

Forma Sacramenti pœnitentiæ ſunt verba abſolutionis à Sacerdote prolata. Ibidem n 46.

Sacramentum pœnitentiæ in re vel voto neceſſarium eſt neceſſitatè medii ad delenda peccata poſt baptiſmum commiſſa. Non requiritur tamen neceſſariò votum explicitum illius, ſed ſufficit implicitum, Ibidem n.76.& ſeq.

*Pœnitentia, ut eſt virtus.*

Pœnitentia non ſignificat tantùm propoſitum novæ vitæ inchoandæ, & ſimplicem reſipiſcentiam & vitæ novitatem, ſed etiam triſtitiam, dolorem, ac deteſtationem peccatorum. Ibid.d.2. n.1.& ſequentibus.

Pœnitentia eſt virtus ſpecialis, cujus objectum materiale eſt peccatum, quatenus eſt offenſa Dei expiabilis per ſatisfactionem; formale verò, jus Divinum læſum per offenſam, ut reparabile per ſatisfactionem & compenſationem quandam. Ibidem n.18.& ſequentibus.

Pœnitentia eſt virtus diſtincta à religione, charitate, juſtitia commutativa, vindicativa, & diſtributiva; pertinet tamen ad juſtitiam reductivè, & eſt pars potentialis illius. Ibidem n.40. & ſequentibus.

Habitus pœnitentiæ reſidet in voluntate, non verò in appetitu ſenſitivo. Ibidem n.82.

Non reperitur in Angelis, cùm enim immobiliter adhæreant objecto ſemel electo, non poſſunt retractare actum elicitum; remanet tamen in hominibus beatis, qui hanc virtutem non amittunt in patria. Fuit etiam in Adamo in ſtatu innocentiæ, imò & in Beata Virgine, licèt ex privilegio ſpeciali fuerit præſervata à peccatis etiam venialibus. Demùm hæc virtus una cum aliis parvulis in baptiſmo infunditur, unde ſicut fideles dicuntur quia habitum fidei per infuſionem receperunt; ita & pœnitentes appellari poſſunt, quia pariter ipſis infuſus eſt pœnitentiæ habitus, ut eleganter declarat Auguſtinus libro 1. de peccat, meritis cap.19. Ibidem n, 82.& ſequentibus.

Tam in virtute quàm in Sacramento pœnitentiæ eſt efficacia ſufficiens ad delenda quæcumque peccata, illi ritè ſubjecta; ita ut nullum ſit peccatum, quod remitti non poſſit, ſi vera de illo habeatur pœnitentia. Ibidem d.3.n.3.

Regulariter & per ſe loquendo, ad remiſſionem peccatorum mortalium extra Sacramentum, requiritur in adultis actus pœnitentiæ formalis, nimirum contritio, quâ doleant de peccatis commiſſis. Per accidens tamen & in aliquo caſu extraordinario, ad remiſſionem peccatorum ſufficit pœnitentia virtualis. De abſoluta verò Dei potentia, peccata remitti poſſunt abſque actu pœnitentiæ tam formalis quàm virtualis. Ibidem d.3. n. 11. & ſequentibus.

Dimiſſa per pœnitentiam culpâ peccati mortalis, [illegible] ternæ reatu, peccator ſemper remanet obnoxius pœnæ [illegible] rali luendæ, vel in hac vita, per actus ſatisfactorios, vel in [illegible] ſupplicium purgatorii. Ibid.n.63.& ſequent.

Ad remiſſionem peccatorum venialium, non ſufficit [illegible] cumque opus bonum & meritorium vitæ æternæ, ſed [illegible] neceſſariò aliquis actus pœnitentiæ; non tamen neceſſe [illegible] pœnitentia illa ſit formalis, ſed ſufficit quod ſit virtualis [illegible] d 4.n.1.& ſequentibus.

Omnia Sacramenta novæ legis habent vim remittendi [illegible] ta venialia ex opere operato, id tamen ſpecialiter aliquibus [illegible] cramentis competit, nimirum Baptiſmo, Pœnitentiæ, Confirma[illegible] tioni, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctioni. Ibid.n.14.& ſeq.

Non ſolùm Sacramenta, ſed etiam nonnulla Sacrament[illegible] poſſunt remittere peccata venialia ex opere operato. Ibid.[illegible]

Certum de fide eſt, per pœnitentiam non ſolùm [illegible] gratiam deperditam per peccatum, ſed etiam merita [illegible] pera per illud mortificata reviviſcere. Ibid.d.6.n.4.

In qua vero proportione & quantitate reviviſcant, n.[illegible] quentibus declaratur.

Hujus virtutis elogia & prærogativas, vide in præfatione [illegible] ctatus de Pœnitentia.

*Potentia Dei.*

Non datur in Deo potentia executiva, ab intellectu & [illegible] te virtualiter diſtincta. Tomo 1.t.3.n.86.

In *Deo* potentia immediatè executiva, non eſt voluntas [illegible] intellectus practicus, ut motus & applicatus à voluntate, [illegible] n.94.

Deus ad extra producit creaturas, per actum imperii [illegible] çit, *fiat hoc,* juxta illud Geneſ. 1. *Dixit Deus, fiat lux & [illegible] lux,*

*Potentia Chriſti.*

Refellitur error quorumdam Judæorum & Ethnicorum [illegible] miracula Chriſti ſupernaturaliter edita, retulerunt ad [illegible] cam pronunciationem nominis Dei. Tomo 4. t.1.[illegible] num.1.

Confutatur error aliorum, qui Chriſti miracula [illegible] corporis ejus temperamento. Ibidem n 2.

Exploditur delirium aliorum, qui Chriſti miracula [illegible] vera, ſed duntaxat myſtica, affirmarunt. Ibidem n.3.

Rejicitur hæreſis Ubiquiſtarum, qui exiſtimabant [illegible] exequentem animæ Chriſti, non eſſe quid creatum, ſed [illegible] omnipotentiam, formaliter communicatam Chriſto [illegible] Ibidem n 6.& 7.

Quomodo intelligenda ſint verba illa Chriſti, Matth.[illegible] *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Ibid.n.11.

Humanitas Chriſti, ſive Chriſtus ut homo, inſtrumentum [illegible] phyſicè concurrit ad productionem gratiæ, & miraculorum [illegible] rumque effectuum ſupernaturalium, Ibidem num.15 & [illegible] tibus.

*Prædeſtinatio,*

Certum de fide eſt, aliquos homines à Deo prædeſtinatos [illegible] ſeu in vitam æternam abſoluto & efficaci decreto præ[illegible] & per auxilia gratiæ ad æternam beatitudinem [illegible] Unde Vates Regius loquens de electis, ait: *Sicut ſagittæ [illegible] manu potentis, ita filii excuſſorum.* Quibus verbis, ſagittis [illegible] ſagittante excuſſis, quæ non proprio motu, ſed illius [illegible] in ſcopum feruntur, aptiſſimè prædeſtinatos comparat. Tomo [illegible] t.5.d.1.n.4. & ſequentibus.

Prædeſtinatio ita ad ſalutem neceſſaria eſt, ut ſine illa impoſ[illegible] ſibile ſit aliquem de facto ſalvari, Ibidem n 14 & ſequentibus.

Licet multi actus ad negotium prædeſtinationis concurrant [illegible] & præſuppoſitivè, vel de connotato importentur; illa tamen [illegible] ſentialiter, & in recto conſiſtit in actu intellectus, [illegible] cio practico ſubſequente electionem, quod imperium appellatur [illegible] Ibidem n.26.& ſequentibus.

Prædeſtinatio eſt pars ſubjectiva providentiæ. Ibidem n.[illegible] ſequentibus.

Prædeſtinatio rectè definitur: *Præſcientia & præparatio benefi[illegible] ciorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberan[illegible] tur.*

Electio efficax prædeſtinatorum ad gloriam, non fit ex præ[illegible] viſis meritis, nec illa reſpicit ut motiva, quibus Deus inducitur [illegible] ad illos eligendos, ſed ut effectus ab ipſa derivatos, & [illegible] ſubſequentes, juxta illud Proſperi: *Deus his quos elegit ſine meritis, dat unde ornantur ex meritis.*

Hanc ſententiam adeò certam exiſtimant duo illuſtriſſimi [illegible] piiſſimi Cardinales, Bellarminus & Baronius, ut primus [illegible] illam non quorumvis Doctorum opinionem, ſed fidem Eccleſiæ *Catholicæ* dici debere. Secundus verò ad annum 409. n.32 [illegible] ſcribat: *Cùm igitur Fauſti ſententia, ubique ab Eccleſia fuerit con[illegible] tradicta, videant quanto periculo quidam ex Recentioribus, [illegible] in Novatores inſurgunt, ut eos confutent, à S. Auguſtini [illegible] de prædeſtinatione recedant, cùm alioquin arma non deſint, [illegible] hæretici profligentur.* Ibid.d.2.n.5.& ſequent.

Omnia abſurda & inconvenientia, quæ à Recentioribus [illegible] tra hanc ſententiam objiciuntur; fuerunt olim D. Auguſtino à Pelagianis & Semipelagianis objecta, & à S. Doctore ſoluta & contrita, Ibid.n.72.& ſeq.

Nulla

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nulla datur ex parte noſtrâ cauſa meritoria de condigno vel de congruo primi effectus prædeſtinationis, ſeu primæ vocationis, & primi auxilii ſupernaturalis. Ibidem n.96. & ſequentibus.

Referuntur ac refelluntur duo præcipua Pelagianorum & Semipelagianorum motiva Ib. n.107. & ſeq.

Opera bona moraliter, ex naturæ viribus facta, nec etiam diſpoſitivè ad primam vocationem concurrunt. Ib. n.113.

Exponuntur quædam teſtimonia D. Thomæ, deſumpta ex primo & ſecundo libro Sententiarum, in quibus oppoſitum docuiſſe videtur. Ibidem n.127.

Vindicatur Chryſoſtomus ab errore Semipelagianorum, quem Vaſquez falſo illi affingit, Ib. n.138.

Nulla datur lex, quâ Deus ſtatuerit, homini facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, infallibiliter conferre auxilia gratiæ. Unde axioma illud, *Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam*, intelligendum eſt de faciente quod in ſe eſt, non ex viribus naturæ, ſed ex auxilio gratiæ, ut explicat D. Thomas. Ib. n.143. & ſequentibus.

Glorificatio, juſtificatio, & quæcunque efficax vocatio, ſunt effectus prædeſtinationis. Ibid. 3. n.4. & ſeq.

Gratia etiam per peccatum interrupta, & vocationes inefficaces, inter effectus prædeſtinationis computari debent. Ibidem n. 16. & ſeq.

Item determinatio noſtræ voluntatis ad bonum, ſeu bonus liberi arbitrii uſus, ut tenet ſe ex parte noſtra, eſt effectus prædeſtinationis. Ib. n 40. & ſeq.

Ipſa etiam ſubſtantia prædeſtinati poteſt dici effectus prædeſtinationis, non elicitus, ſed imperatus. Ibidem n.62. & ſequentibus.

Demum permiſſiones peccatorum in electis, ſunt prædeſtinationis effectus; Deus enim interdum permittit electos in peccatum cadere, ut humiliores, cautiores, & ferventiores reſurgant: Sicut qui vult ignem ardentiùs accendi, aliquot guttis aſpergit carbones, & ad tempus extinguit aliquid, ut fortius accendatur. Unde Gregorius: *Fit plerumque gratior Deo amore ardens vita poſt culpam, quàm in ſecuritate torpens innocentia.* Et Ambroſius: *Fidelis factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe deflevit, atque ideò majorem gratiam reperit, quàm amiſit.* Ib. n. 98. & ſeq.

Prædeſtinatio eſt certa, non ſolùm certitudine præſcientiæ, ſed etiam certitudine cauſalitatis mediorum. Ibidem d. 4. n 5. & ſequentibus.

Nemo in hac vita, ſeclusâ Dei revelatione, poteſt certò ſcire, an ſit de numero prædeſtinatorum, Deus enim occultare nobis voluit prædeſtinationis ſecretum, ut magis eſſemus de ſalute noſtra timidi & ſolliciti, & ut quò magis [illegible]latur meta, eò ad Deum diligentius contendamus curſum, & feſtinemus ingredi in illam requiem. In hujus rei typum Seraphini Iſaiæ ſexto volabant amoris & contemplationis pennis, & tamen alis ſuis Dei caput & pedes velabant, eò quòd, ut declarat Bernardus, ipſos etiam lateat quod ante mundum fuit, quodve futurum eſt poſt conſummationem. Ibidem n.22. & ſequentibus.

Aliqua prædeſtinationis ſigna, ibidem n.29. & ſequentibus declarantur.

Quàm parvus etiam ſit numerus electorum, ex Scripturâ & SS. Patribus, ib. n.36 & ſequentibus oſtenditur.

*Præmotio ſeu prædeterminatio phyſica.*

Juxta D. Thomam Deus non ſolùm moraliter, ſed etiam phyſicè præmovet voluntatem creatam ad operandum. Tomo 3. t. 2. d.6. n.27. & ſeq.

Prædeterminationem phyſicam, ſeu concurſum prævium eſſe de mente D. Thomæ, plures ex Patribus Societatis fatentur. Ib. n.56. & ſeq.

Scriptura, & SS. Patres docent Deum applicare cauſas ſecundas ad agendum, ſubindeque eas præmovere & prædeterminare, ſeu per concurſum prævium in illas influere: motio enim moventis, præcedit motum mobilis, prioritate naturæ & cauſalitatis, ut docet ſanctus Thomas 3. contra gent. cap. 149. Ib. n. 33. & ſequentibus.

Sine tali concurſu prævio non ſalvatur ſubordinatio immediata cauſarum ſecundarum à prima in operando, cùm omnis ſubordinatio dicat ordinem, & ordo prioritatem & poſterioritatem. Unde Divus Thomas 3. parte, quæſtione 19. articulo 1. *Ubicumque ſunt plura agentia ordinata, inferius movetur à ſuperiori, ſicut in homine corpus movetur ab anima, & inferiores vires à ratione, &c.* Ib. n.65. & ſeq.

Voluntas creata ratione ſuæ indifferentiæ indiget à Deo præmoveri & prædeterminari; *quod enim indifferenter ſe habet ad multa, non magis unum operatur, quàm aliud, unde à contingente ad utrumque non ſequitur aliquis effectus, niſi per aliquid, per quod ad unum determinatur*: inquit S. Doctor 2. contra Gent. cap. 2. Ib n.79. & ſeq.

Cùm Deus habeat perfectum dominium in noſtras voluntates, eas etiam ad volendum applicat; uſus enim rei ſeu applicatio illius ad operationem, eſt proprius actus dominii; unde voluntas noſtra, quia eſt Domina & Regina potentiarum inferiorum, eas ad ſuos actus applicat. Ibidem n.86. & ſequentibus.

Sublata prædeterminatione phyſica, neque ſufficiens, neque efficax gratia ſtare poſſunt. Ib. n.97. & ſeq.

Exponuntur teſtimonia D. Thomæ, quæ Petrus à S. Joſeph nobis objicit in opuſculo, quod D. Thomæ defenſionem appellat. Ib. n.121 & ſeq.

Antiquiores Thomiſtæ, ut Capreolus, Ferrarienſis, Conradus, Cajetanus, Sotus, docent Deum per concurſum prævium movere & applicare cauſas ſecundas ad agendum. Ib. n.163. & ſeq.

Quomodo prædeterminatio phyſica libertatem noſtræ voluntatis non tollat, aut minuat, ſed potius eam cauſet & perficiat, vide Tomo 2. t.5. d.6. n 64. & ſeq.

*Præſumptio.*

Præſumptio, ſeu in propriis viribus fiducia, maximum Divinæ gratiæ ponit impedimentum, ut eleganter declarat D. Bernardus ſerm 54 in Cantica. Tomo 2. t.4. d.5. n.146.

*Primatus Petri Vide Papa.*

*Privilegium.*

Privilegium eſt lex privata, ſpeciale aliquid indulgens. Tomo 3. t. 6. d. 8. n.10.

Quomodo privilegium à lege, diſpenſatione, & gratia differat, ib. n. 2. explicatur.

Variæ etiam privilegiorum ſpecies n.4. & ſequentibus recenſentur.

Quandonam verò privilegium incipiat in privilegiario ſuos effectus operari, n 8 declaratur.

De ceſſatione privilegiorum agitur ibidem n.10. & ſeq.

*Proceſſio Divinarum perſonarum.*

Conſtat ex ſacris litteris dari in Deo ab æterno proceſſiones Divinarum perſonarum productivas. Tomo 2. t.6. d.2. n.1. & ſequent.

Illæ ſunt verè & propriè actiones immanentes ac vitales, & non puræ ac ſimplices emanationes. Ib n.23.

Proceſſiones Divinæ activè ſumptæ, non ſunt actus ex æquo diſtincti ab intelligere & velle; ſed dictio ac ſpiratio, formaliter includunt intellectionem & volitionem. Ibidem n.39. & ſequentibus.

Non datur in Deo intellectio notionalis & relativa, in linea intellectionis, virtualiter ab abſoluta diſtincta Ib. n.50.

Principium primum & radicale Divinarum proceſſionum, eſt Divina eſſentia, ut modificata relatione; principium verò quo proximum, ſunt intellectus & voluntas, ut relationibus paternitatis & ſpirationis activæ modificantur. Ibidem n. 86. & ſequentibus.

Duæ ſunt proceſſiones in Deo, una Verbi per intellectum, altera Spiritus ſancti per voluntatem. Illa habet rationem generationis, non verò iſta, quia Verbum procedit in ſimilitudinem naturæ, ex vi ſuæ proceſſionis, non verò Spiritus ſanctus. Ibidem n.128. & ſequentibus.

*Providentia Divina.*

Stando tam principiis fidei, quàm luminis naturalis, negari non poteſt, eſſe in Deo providentiam. Tomo 2. t. 4. d 8. n.2. & ſequentibus.

Providentia Dei perfectiſſima eſt; illaque ad ſingularia etiam corruptibilia ſe extendit; & vilium etiam animalium numerum præordinat ac prædefinit. Nec oppoſitum docet Divus Thomas, ut ipſi imponit Bellarminus libro quarto de gratia & libero arbitrio cap. 15 non referens fideliter verba S. Doctoris, ſed omittens unam particulam integritati ſenſus prorſus neceſſariam. Ib n 12. & 36.

Deus non ſolùm habet providentiam rerum naturalium, ſed etiam humanarum & contingentium, quæ non deſtruit, ſed potiùs aſtruit illarum contingentiam & libertatem; *Sic enim* (inquit Auguſtinus) *adminiſtrat omnia quæ creavit, ut etiam ipſa proprios exercere & agere motus ſinat.* Ibidem n. 19 & ſequentibus.

Impiorum fallaciæ & cavillationes contra Divinam providentiam referuntur ac refelluntur. Ib. n.24.

Defectus tam naturales quam morales, quos Divina providentia permittit in rebus creatis contingere, ad perfectionem, decorem & pulchritudinem univerſi conducunt, & ex permixtione bonorum & malorum, mirabilis reſultat Divinæ providentiæ harmonia & concentus. Ib. n. 27.

Monſtra ſuo modo conducunt ad pulchritudinem univerſi. Ibidem n 29.

In tribulationibus juſtorum mirum in modum relucet Divina providentia, Ibidem n.31. & 32.

Mali ita continentur intra ambitum Divinæ providentiæ, quod decidentes ab ordine bonitatis, & miſericordiæ, incidunt intra ordinem Divinæ juſtitiæ, nec ordinantur in bonum proprium, ſed in bonum electorum, & in manifeſtationem Divinæ juſtitiæ. Ibid. n.43. & ſequent.

Divina providentia actum voluntatis connotat & præſupponit, ſed conſiſtit eſſentialiter in actu intellectus, nimirum in actu imperii. Ibidem n.50. & ſequentibus.

Providentia Dei diſtinguitur ab ejus ſcientia practica, & arte, nec non à lege æterna, & ideis in mente Divina exiſtentibus. Ibidem n 89 & ſeq.

Diſtinguitur etiam virtualiter, ſaltem inadæquatè, à potentia Dei executiva, quâ res ad extra producit. Ib. n.94.

Deum ſuâ infinitâ providentiâ, omnes noſtras bonas opera-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiones ab æterno prædefinire & prædeterminare, pluribus Scripturæ, & SS. Patrum, præſertim S. Auguſtini & D. Thomæ teſtimoniis, nec non variis rationibus Theologicis oſtenditur. Ibidem. n. 101. & ſeqq.

Nomen prædeterminationis paſſim à D. Thoma uſurpatur, unde non eſt novum, nec à Thomiſtis excogitatum, ut Recentiores cauſantur Ibid n. 103. & ſeqq.

Decretum prædeterminans cauſat libertatem actualem voluntatis noſtræ, & non lædit, ſed perficit potentialem. Tomo 2. t. 3. d. 5. n. 70 & ſequentibus, ubi etiam convelluntur duo præcipua fundamenta adverſariorum, illorumque objectiones fideliter proponuntur & ſolvuntur.

Quomodo autem peccata Divinæ providentiæ ſubſint, Tomo 1. t. 4. d. 8. n. 149. & ſequentibus, fusè declaratur.

*Prudentia.*

Prudentia definitur à Philoſophor *ecta ratio agibilium.* Partes integrales illius octo aſſignantur à D. Thoma 2. 2. qu. 49. nempe memoria, intellectus, vel intelligentia, docilitas, ſolertia, ratio, providentia, circumſpectio, & cautio Tomo 4. t. 11. d. 1. n. 1. & ſeqq.

Cum inter virtutes morales prudentia magis perficiat rationem, aliis virtutibus moralibus præfertur, ſicut viſus omnibus externis ſenſibus antecellit. Unde ſicut Philo viſum *regem ſenſuum* appellat, ita prudentia omnium virtutum moralium regina appellatur propriuſque ejus actus eſt imperium. Tomo 3. t. 4. d. 5. n. 58.

Hanc virtutem mirum in modum commendant SS. Patres, Chryſoſtomus enim dicit eam eſſe lucernam animæ, Reginam cogitationum, Magiſtram eorum quæ bona ſunt & honeſta. Ambroſius lib de Paradiſo, quadruplicem fluvium inde promanantem explicans: *Phiſon prudentia eſt* (inquit) *& ideò aurum optimum habet,* &c. Tomo 4. t. 11. d. 1. n. 1. & ſequentibus.

Proverb. 3. *beatus vir* dicitur, *qui affluit prudentiâ,* vel hebraicè, *beatitudines viri,* ut multiplex beatitudo viri prudentis commendetur. Ibidem.

*Pudicitia.*

Pudicitia temperantiæ ſpecies eſt, quæ in hoc à caſtitate diſtinguitur, quod iſta habet moderari & rationi ſubjicere delectationes ex commixtione venerea conſurgentes; illa verò moderatur & ſubjicit rationi delectationes, quæ talem actum circunſtant, puta quæ ſunt in oſculis, tactibus, & amplexibus impudicis. Tomo 4. t. 11. d 6. n. 18

De hac virtute hæc ait Tertullianus in libro de pudicitia: *Pudicitia flos morum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, fundamentum ſanctitatis, præjudicium omnis bonæ mentis* Ibidem.

R

*Raptus.*

RAptus mulieris ante Tridentinum erat ſolùm impedimentum prohibens matrimonium ſed poſt Tridentinum eſt impedimentum dirimens; decrevit enim ſancta Synodus ſeſſ. 24. de reformatione matrimonii cap. 6. inter raptorem & raptum, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Tomo 5. t. 8. d. 9. n. 88.

*Ratio.*

Rrtio proprium hominis bonum eſt, cætera illi cum animalibus communia ſunt. Eſt fortis, & leones. Formoſus eſt, & pavones. Velox eſt, & equus. Habet vocem, ſed quanto clariorem canes, acutiorem aquilæ, graviorem tauri, dulciorem & ſuaviorem luſciniæ? Seneca in Epiſtolis. Tomo 3. t. 1. d. 2. num. 9.

*Redemptio Chriſti.*

Redemptio Chriſti generalis eſt, & ad omnes & ſingulôs ſe extendit: *Omnes enim* (inquit Nazianzenus orat. 25.) *citra ullam exceptionem inſtaurati ſumus per cœleſtem Adamum, qui primi Adæ participes fuimus, & à ſerpente decepti & peccato mortui. Myſticus Sol juſtitiæ* (ſubdit Ambroſius) *omnibus ortus eſt, omnibus vivit, omnibus paſſus eſt, & omnibus reſurrexit.* In eandem veritatem conſpirant unanimiter SS. Patres. Tomo 1. t. 4. d. 4 n. 23. & ſeqq.

Auguſtinus lib. 2. de ſymbo. ad Cathecum. cap. 8 ait Chriſtum reprobis, & maximè Judæis ejus crucifixoribus, dicturum in die judicij: *Videtis vulnera quæ inflixiſtis, agnoſcitis id latus quod pupugiſtis; quoniam & per vos, & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis.*

Sententia aſſerens Chriſtum pro omnibus non eſſe mortuum, fidem mutilat, ſpem infringit, charitatem refrigerat. Ibidem n. 38. & ſeqq.

*Relationes Divinæ.*

Relatio in creatis, nullius ferè eſt entitatis & ſubſiſtentiæ, nulliuſque ſoliditatis & permanentiæ. Ubi tamen in Deo reperitur, tanta eſt ejus dignitas & nobilitas, ut Sacratiſſimum Trinitatis myſterium, quo nihil in Chriſtiana religione nobilius & excellentius eſt, in ſolis relationibus fundetur ac ſubſiſtat, illiſque Divinæ conſtituantur ac diſtinguantur perſonæ Tomo 2. t. 6. d. 3. ante numerum 1.

Relationes quæ in creaturis ſunt accidentia inhærentia ſubjecto, in Deo, ut ſic loquar, ſubſtantificantur; ſicut enim, ut [illegible] cet Gregorius in moralibus, apud Deum labentia ſtant, [illegible] bilia immutabilitatem conſequuntur, temporalia æterna[illegible] ita & ipſa accidentia ſubſiſtunt. Ibidem n. 7.

Relationes Divinæ, nec modaliter, nec ex natura rei, [illegible] virtualiter tantùm, diſtinguuntur ab eſſentia Ibidem n. [illegible] ſequentibus.

Eſſentia Divina eſt de conceptu formali, & quidditativo [illegible] lationum, & è converſo. Ibid. n. 51. & ſeqq.

Quomodo realis relationum diſtinctio, ſtare poſſit cum perfecta identitate illarum in eſſentia, ibidem n. 123. & ſequentibus declaratur.

Relationes Divinæ non addunt perfectionem relativam [illegible] eſſentiam. Ibid. n. 158.

Non gaudent exiſtentiis relativis, realiter inter ſe & [illegible] tualiter ab exiſtentia abſoluta eſſentiæ diſtinctis. Ibidem [illegible] num. 196.

*Religio.*

Religio juxta D. Thomam à religando dicitur, quia homines quodam modo Deo religat; vel à relegendo, ut vult Cicero, quia religioſus debet ea quæ ſunt Divini cultus, frequenter legere, & in corde revolvere; vel ut docet Auguſtinus [illegible] civit. cap. 4. à reeligendo, quia Deum reeligere debemus, quem amiſeramus negligentes. Tomo 4. t. 11. d. 4. ante numerum 1.

Religio definitur, virtus quæ debitum cultum Deo exhibet, tanquam primo omnium principio Ibid n. 1.

Actus Religionis tam interni, quam externi, ibidem n. [illegible] ſequentibus recenſentur & explicantur.

Hæc virtus inter morales præſtantiſſima eſt, quia magis [illegible] propinquo accedit ad Deum, inquantum operatur ea quæ rectè & immediatè ordinantur in honorem Divinum. [illegible] Iſidorus Peluſiota ait, quemadmodum in corpore valentis pulchritudinis pars eſt oculorum pulchritudo, ita etiam [illegible] mo præcipua pulchritudinis pars eſt pietas ſeu religio. Ibidem n. 2.

*Reprobatio.*

Datur in Deo reprobatio ſeu decretum aliquod æternum immutabile, quo ab æterno aliquos homines & Angelos [illegible] à gloria excludere. Unde Concilium Valentinum 3. can. [illegible] *Fidenter fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem.* Eadem veritas in ſacris [illegible] nis, ſub variis parabolis, & figuris declaratur. Tomo 1. t. [illegible] n. 1. & ſequentibus.

Reprobatio in Deo non dicit ſolam negationem prædeſtinationis, ſed actum poſitivum intellectus & voluntatis quo ab æterno decrevit aliquos excludere vel non admittere ad gloriam, ob manifeſtationem ſuæ juſtitiæ. Ibidem num. 6.

Reprobatio poſitiva ſeu decretum infligendi pœnam damni & ſenſus, prævisionem peccatorum, ſeu demeritorum præſupponit; ſecùs verò reprobatio negativa, ſeu decretum denegandi gloriam, ut beneficium indebitum; quamvis probabilius videatur, & doctrinæ S. Auguſtini & D. Thomæ conformius, illud præſupponere præſcientiam peccati originalis, & ab eo ut à cauſa materiali & occaſionali dependere. Ibidem n. 2[illegible] & ſequentibus.

Qui ſint reprobationis effectus, ibidem n. 134. & ſequentibus.

*Reſurrectio Chriſti.*

Reſurrectio Chriſti eſt cauſa exemplaris noſtræ juſtificationis; ſicut enim Chriſtus citò, verè, & perfectè, [illegible] um moriturus, reſurrexit; ita juſtificatio noſtra, quæ eſt ſpiritualis quædam reſurrectio à morte peccati ad vitam gratiæ, debet eſſe prompta, vera, & perfecta, & ſicut *Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur,* ut ait Apoſtolus; ita Chriſtianus in juſtificatione ſpiritualiter renaſcens, & ad vitam gratiæ reſurgens, non debet amplius mori morte peccati, nec peccatum illi ultra dominari. Tomo 4. t. [illegible] d. n. 231.

S.

*Sacerdotium.*

SAcerdotii novæ legis dignitas ex triplici capite commendatur, primò quod imperium in animas exercet; ſecundò quod in myſtico Chriſti corpore, videlicet Eccleſia, dominatur, hanc enim expiat Sacerdos, illuſtrat, perficit, ac deificat, ut docet Dionyſius; unde Sacerdotes dicti ſunt *Theurgi,* id eſt, *Deos facientes:* Tertiò quod Sacerdos ipſi etiam vero Chriſti Corpori imperet, ipſumque in altari ſacro ore conficiat. Hinc meritò celebratur illa ſententia, quæ D. Auguſtino & S. Gregorio tribuitur: *O magna Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, velut in utero Virginis, Chriſtus quotidie incarnatur.* Tomo 2. t. 7. d. 2. n 115.

S. Ephrem Sacerdotium appellat *ſtupendum miraculum,* [illegible] *mnium ornamentorum præſtantiſſimum, bonorum* [illegible] *hominibus ſunt apicem, Divinum quoddam,* [illegible] *ter homines expetuntur velut extremam* [illegible] Ibidem.

Sacer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacerdotum Melchiſedech fuit typus & figura Sacerdotii Chriſti, ut egregiè declarat Theodoretus. Thomo 4. t. 11 d. 3. n. 19.

*Sacramentum.*

Sacramentum non ſolùm eſt in genere ſigni, ſed etiam in genere cauſæ efficientis moralis, vel formalis ſacrativæ. Tomo 5. t. 2. d. 1. n. 1. & ſequentibus.

De ratione Sacramenti eſt, ſignificare perfectam ſanctitatem, quæ eſt per gratiam, in actuali uſu & ſuſceptione Sacramenti conferendam. Unde Sacramentum recte definitur *ſignum ad placitum r. i Sacræ, perfectè ſanctificantis hominis.*

Sacramenta novæ legis ſunt ſigna rememorativa, demonſtrativa, & prognoſtica; rememorativa Paſſionis Chriſti, quæ præceſſit; demonſtrativa gratiæ, quam efficiunt; & prognoſtica gloriæ, quam expectamus Ibidem n. 47.

Sacramenta rebus ſenſibilibus conſtare convenientiſſimum fuit, pluresque afferri poſſunt congruentiæ. Ibidem n. 65. & 66.

Chriſtus non determinavit in ſpecie, ſed duntaxat in genere materias & formas aliquorum Sacramentorum novæ legis. Ibidem n. 76

In omnibus Sacramentis novæ legis requiruntur verba propriè vel impropriè ſumpta, at in Sacramentis veteris legis, non erat neceſſarium quod rebus verba adhærentur. Ibidem n. 80. & ſequentibus.

Quomodo res & verba ſe habeant in Sacramentis novæ legis, ibidem n. 85. & ſequentibus declaratur.

Quæ vero mutatio ex parte materiæ, vel formæ reddat Sacramentum invalidum, ibidem n. 127 & ſequentibus explicatur.

Sacramenta ſunt homini neceſſaria ad ſalutem, ob triplicem rationem. Ibidem d. 2. n. 2.

Nullum fuit inſtitutum Sacramentum, pro illo brevi tempore, quo ſtatus innocentiæ in Adamo duravit; imò ſi feliciſſimus ille ſtatus perſeveraſſet, nulla fuiſſent inſtituta Sacramenta, ex vi decreti quod Deus ab æterno habuit.

In ſtatu legis naturæ fuerunt aliqua Sacramenta, tam pro adultis, quàm pro parvulis, in remedium peccati originalis & actualis; illa tamen non fuerunt determinata immediatè à Dêo in particulari, ſed relicta in hominum arbitrio Ibidem n. 54. & ſequentibus.

Conveniens fuit ut Chriſtus in nova lege aliqua Sacramenta inſtitueret Ibidem n. 105. & ſequentibus.

*Sacrificium.*

Sacrificium eſt *oblatio rei ſenſibilis, à legitimo miniſtro Deo facta per realem immutationem, ad teſtandum ſupremum illius dominium, in vitam, & in mortem.*

Varia ac multiplicia fuerunt in veteri lege ſacrificia, quæ perfectiſſimum novæ legis Sacrificium figurabant, unde illo exiſtente ceſſarunt, juxta illud quod in quadam collecta ait Eccleſia: *Deus qui legalium differentiam hoſtiarum, unius Sacrificii perfectione ſanxiſti. &c.*

In omnibus Sacrificiis legis naturæ vel ſcriptæ, fiebat aliqua deſtructio vel immutatio rei oblatæ. Item in Miſſæ Sacrificio fit immolatio myſtica ipſius Chriſti, quatenus vi verborum ponitur corpus ſub ſpecie panis, & ſanguis ſub ſpecie vini, ad repræſentandam ſeparationem utriuſque factam in cruce, & in morte Chriſti. Unde in tali Sacrificio, fit myſtica quædam ſanguinis per gladium verborum effuſio, ut Cyrillus loquitur. Ibidem n. 15.

Offerre Deo Sacrificium eſt de jure naturæ, unde in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes, ſemper fuit aliqua Sacrificiorum obligatio. Tomo 5. t. 2. d. 2. num. 42. & 43.

*Sanctitas.*

Sanctitas tria importat, ſeu ex tribus coaleſcit: primum eſt munditia & puritas, Sanctus enim græcè dicitur ἅγιος, quaſi ſine terra; ſecundum & firmitas, Sanctum enim idem ſignificat ac ſancitum ſeu lege firmatum, unde Ulpianus ff. de diviſione rerum, ait Sacra loca Sancta eſſe, quia Sanctum eſt quod ſanctione aliquâ firmatum eſt. Tertiò ſanctitas importat quandam Divino cultui conſecrationem, & perfectam conjunctionem cum Deo, quæ fit per charitatem. Tomo 1. t. 1. d. 4. n. 40.

Licèt Sanctitas ſit attributum commune tribus Perſonis, ſpecialiter tamen appropriatur tertiæ, quæ Spiritus Sanctus idcirco appellatur. Tomo 2. t. 6. d. 10. n. 101. & ſequentibus.

*Sapientia.*

Sapientia alia eſt infuſa, quæ eſt donum Spiritus Sancti, & quæ importat quandam rectitudinem judicij circa Divina conſpicienda & conſulenda ſecundùm quandam connaturalitatem ad res Divinas, procedentem ex charitate, quæ nos unit Deo: alia acquiſita, quæ eſt una ex virtutibus intellectualibus enumeratis ab Ariſtotele 6. Ethic. cap. 4. quæ habet judicare de rebus per altiſſimam cauſam. Tomo 1. diſp. proœmiali n. 74.

In hoc differt ſapientia à ſcientia communiter dicta, quod illa eſt cognitio rei per cauſam, non quamcumque, ſed altiſſimam: unde in genere ædificij, artifex qui diſponit formam ædificii,



mûs, dicitur ſapiens & architectus, reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides; & in ordine morali vir prudens, qui ordinat ſuos actus in ultimum finem, vocatur ſapiens Ibidem n. 75.

*Satisfactio in communi.*

Satisfactio eſt voluntaria punitio ad compenſandam injuriam Deo per peccatum illatam, eumque ſic placandum, ut temporalem pœnam remittat. Tomo 5. t. 5. d. 13. n. 4.

Homo poteſt ſatisfacere de condigno pro pœna temporali, peccato mortali debita non tamen de rigore, juſtitiæ. Ibidem n. 5.

Conditiones requiſitæ ad ſatisfaciendum n. 12. & ſequentibus declarantur.

Omne opus ſatisfactorium, eſt meritorium, & è contra. Ibidem n. 18.

*Satisfactio ſacramentalis.*

Satisfactio ſacramentalis eſt pars, non eſſentialis, ſed integralis duntaxat Sacramenti Pœnitentiæ. Ibid n. 29. & 30

Satisfactio ſacramentalis triplicem ex opere operato habet effectum, nempe remiſſionem pœnæ temporalis, ex peccatis jam conditionatis relictæ, auxilia quædam ſupernaturalia, ad faciliùs præcavenda peccata in futurum, & augmentum gratiæ habitualis Ibidem n. 31. & ſequentibus.

Tenetur Sacerdos, auditâ confeſſione, ſatisfactionem, quæ vulgo pœnitentia appellatur, pœnitenti injungere; nec ſatis eſt, quod qualemcumque injungat, ſed tenetur injungere aliquo modo proportionatam gravitati criminum, & eorum multitudini, atque etiam diſpoſitioni & conditioni pœnitentis, niſi rationabilis cauſa excuſet. Ibidem n. 45.

Tenetur etiam pœnitens pœnitentiam ſibi à Confeſſario injunctam acceptare, & acceptatam adimplere Ibidem n. 46.

Quivis legitimus Confeſſarius mutare poteſt pœnitentiam ab alio impoſitam, propter peccata non reſervata; ſed non niſi in confeſſione, & auditis peccatis, pro quibus fuit impoſita. Ibidem n. 52

Unus non poteſt pro alio ſatisfacere, ſi ſatisfactio conſideratur ut medicina & remedium peccati, bene tamen, ſi conſideretur, ut eſt compenſatio pœnæ in purgatorio luendæ. Ibidem n. 60. & 61.

*Satisfactio Chriſti.*

Satisfactio Chriſti ex ſua intrinſeca dignitate & valore, non ſolùm fuit condigna ſed etiam ſuperabundans. Tomo 4. t. 1. in 3. p. d. 4. n. 27. & ſequentibus.

Fuit valoris ſimpliciter infiniti in eſſe moris. Ibidem n. 48. & ſequentibus

Obſervavit omnes leges ſtrictæ & rigoroſæ juſtitiæ Ibidem n. 79. & ſequentibus.

Non fuit elicita a religione, ſed à juſtitia; non legali, aut diſtributiva ſed commutativa. Ibidem n. 136.

*Scientia Dei.*

In Deo reperitur verè & propriè ſcientia, reſpectu creaturarum, & ſuorum attributorum. Tomo 1. t. 3. d. 1. n. 5. & ſequentibus.

Variæ ſcientiæ Dei diviſiones. Ibidem n. 27. & ſeqq.

Ejus dotes & prærogativæ Ibidem n. 31. & ſequentibus.

Deus cognoſcit creaturas in ſua eſſentia tanquam in cauſa, non verò immediatè in ſeipſis, ſeu independenter ab eſſentia Divina priùs viſa & cognita Ibidem 2. d. num 1. & ſequentibus.

Quomodo Deus non entia, mala, ſingularia, & infinita cognoſcat, ibidem n. 74. & ſequentibus declaratur.

Quodnam verò ſit objectum formale, tam motivum quàm terminativum Divini intellectus, explicatur tract. 1. d. 2. n. 92. & ſequentibus.

Scientia in Deo eſt cauſa rerum non ſolùm directiva, ſed etiam effectiva; ea tamen quæ efficit & cauſat res in actu ſecundo, non eſt illa, quæ ſimplicis intelligentiæ dicitur, ſed ea, quæ viſionis ſeu approbationis appellatur. Ibidem d. 3. n. 7 & ſequentibus.

Hæc propoſitio: *Ideo res ſunt futuræ, quia ſciuntur à Deo,* vera eſt in ſenſu cauſali; ita verò, *ideò res ut futuræ cognoſcuntur à Deo, quia futuræ ſunt,* falſa eſt in ſenſu cauſali, & vera tantùm in ſenſu illativo; ſi enim aliqua ſunt futura, ſequitur quidem quod Deus ea præſciat, non tamen res futuræ ſunt cauſa cur Deus ea ſciat: *Si enim hoc eſſet, tunc ejus quod æternum eſt aliquid exiſteret cauſa ab eo alienum, ab eo diverſum, & ex creaturis penderet ſcientia Creatoris, & creatum eſſet increati cauſa,* ut ait Magiſter ſententiarum in 1. diſt. 38.

Potentia executiva, quâ Deus res ad extra operatur, non diſtinguitur virtualiter ab intellectu & voluntate, ſed eſt ipſe intellectus, ut motus & applicatus à voluntate, qui res ad extra producit per actum imperii, juxta illud Geneſ. *Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux.* Et iſtud Pſalmi 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt.* Unde Chriſtus Lazaro mortuo ait, *Lazare veni foras,* & Math 8. *imperavit ventis & mari.* Ubi Hieronymus: *Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturæ ſentiunt Creatorem, non errore hæreticorum, qui omnia putant animata, ſed majeſtate Conditoris, cui ſenſibilia ſunt, quæ apud nos ſunt inſenſibilia.* Ibid. n. 86.

*Scientia Dei reſpectu futurorum contingentium.*

Præſcientia futurorum, certiſſimum eſt divinitatis argumentum, juxta illud Tertulliani in Apologetico cap. 2. *Idoneum opinor teſtimonium divinitatis, veritas divinationis*; & iſtud Auguſtini de civit. Dei cap. 9. *confiteri eſſe Deum, & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt*. Hinc præſcientia futurorum, *divinatio* appellari ſolet, ut per hoc ſignificetur, eam aliquid eſſe Divinum, & Deo maximè proprium. Ibidem d. 4. n. 21. & ſequentibus.

Nihil Deus cognoſcit ut determinate futurum, ante decretum & prædefinitonem ſuæ voluntatis, determinantis extrahere res ex ſtatu & maſſa poſſibilitatis, eiſque dare exiſtentiam in aliqua differentia temporis. Ibidem. n. 34.

Deus non cognoſcit futura contingentia antecedenter ad ſuum decretum in ſuis ideis, aut in cauſis liberis & contingentibus, vel in ſuo decreto, ut futuro, & ponendo in ſequenti ſigno rationis, aut in veritate objectiva propoſitionum de futuro contingenti, cùm in ſigno rationis antecedenti Divinum decretum, nulla ſit determinatè vera, vel determinatè falſa Ibidem n. 51. & ſeqq.

Deus cognoſcit certò & infallibiliter futura contingentia abſoluta, in decreto & prædefinitione ſuæ voluntatis, juxta illud Hilarii 9 de Trinit. *Quæ Deus facere decrevit, in ſua voluntate cognovit*. Ibidem n. 144. & ſeqq.

D. Thomas variis in locis duplex medium aſſignat, in quo Deus futura contingentia certò & infallibiliter cognoſcat, earum ſcilicet præſentiam in æternitate, & efficax divinæ voluntatis decretum. Ibidem n. 146. & ſequentibus

Peccata futura quantùm ad id quod in illis privationis eſt & defectus, ſeu malitiæ moralis, à Deo cognoſcuntur in decreto permiſſivo. Quantùm verò ad id quod in eis eſt entitatis, & bonitatis tranſcendentalis, cognoſcuntur in decreto poſitivo concurrendi ad illorum entitatem. Demum quantùm ad utranque rationem, clarè ab illo videntur in præſentia ſuæ æternitatis. Ibidem n. 88 & ſeqq.

Deus futura conditionata certò cognoſcit, certaque eorum præſcientia fundatur in decretis abſolutis ex parte ſubjecti, & conditionatis ex parte objecti. Ibidem d. 5. n. 2. & ſeqq.

*Scientia media.*

Nomine ſcientiæ mediæ, quam Recentiores ponunt in Deo, intelligitur cognitio certa & infallibilis futurorum conditionatorum, ante decretum actuale & exercitum, quo Deus prædefiniat & prædeterminet illorum futuritionem Ibid. 6. n. 1.

Talis ſcientia non eſt nova, & à Recentioribus inventa, ſed perantiqua, & olim Pelagianis & Semipelagianis familiaris. Ibidem n. 6. & ſeqq.

Præcipua Pelagianorum & Semipelagianorum motiva, ad fingendam in Deo talem præſcientiam, ac excludendum decretum de ſe efficax, & humanas præveniens voluntates. Ibidem n. 13 & ſeqq.

Talis ſcientia fuit ab Auguſtino reprobata, non ſolùm quantùm ad uſum, ſed etiam quantùm ad ſubſtantiam, unde *ſcientia reprobationis* meritò appellari poteſt.

Illa etiam pluribus principiis doctrinæ D. Thomæ apertiſſimè repugnat. Ibidem n. 47. & ſequentibus.

Variis etiam & efficaciſſimis rationibus expugnitur ac de medio tollitur ſcientia media. Ibidem n. 58. & ſeqq.

Oſtenditur ſcientiam mediam non eſſe utilem aut idoneam ad conciliandam humanam libertatem, cum prædeſtinatione & gratia efficaci. Ibid. n. 103.

Curiel & Baſilius Legionenſis, viri toto orbe celeberrimi, licèt ſcientiam mediam aliquando docuerint, tamen ſapientiores facti, eam retractarunt. Ibidem.

Joannes Lallemandet, recentiſſimus Scriptor Ordinis Minimorum, tomo 1. curſus Theologici, diſp. 8. partitione 3. oſtendit, nec Magiſtrum Sententiarum, nec alios veteres Theologos in lectione S. Patrum verſatiſſimos, neque Patres Concilii Tridentini, ſcientiam mediam agnoviſſe, nec illam adhibuiſſe ad conciliandam libertatem noſtram, cum prædeſtinatione & gratia efficaci, & tandem ironicè ſic concludit: *Quantæ igitur ignorantiæ tenebræ in antiquis Theologis, & quanta lux illuminans de novo præcipua Religionis noſtræ myſteria, apud RR Patres Societatis orta!* Ibidem n. 105.

Baronius in Epiſtola quam ſcripſit ad Dominum de Villars, Archiepiſcopum Vienaenſem, conqueritur quòd *Molina quæſtionem excitarit, quâ Eccleſiæ Catholicæ non erat opus*, ſubditque *ſe admonuiſſe Ieſuitas, ne exiſtimationem ſuam, defendendo ſententiam Molinæ, diſcrimini exponant*. In Apologia Thomiſtarum n. 104.

Henricus Henriquez apertè ſcientiam mediam reijcit, his verbis. *Neceſſe eſt in ſigno rationis ſupponere liberam quandam Dei conditionalem prædefinitionem, quâ poſitâ novit quid eſſet facturus in tali rerum concurſu & occaſione.* Et infra: *Hæc diſputatio* (inquit) *de præſcientia futurorum conditionatorum, à nobis* (id eſt Jeſuitis) *ante viginti annos excitata eſt & contra votum noſtrum ſuſcepta eſt in Italia ſententia.* Ibidem. n. 107.

Claudius Tiphanius ejuſdem Societatis, qui fuit in Gallia Provincialis, in libro de Ordine deque priori & poſteriori, dicit: *Nullum alium Theologum ante Molinam, ne per ſomnium quidem de illa ſcientia cogitaſſe nec eam ullibi vel ſuppoſuiſſe, vel adhibuiſſe, ad ullam, ſive Scripturæ Sacræ ſive Theologiæ* [illegible] *difficultatem expediendam.* Ait etiam, *ſententiam* [illegible] *tiam mediam, & antiquitate, & defenſorum numero* [illegible] *tate, longe eſſe meliorem.* Ibid. n. 110.

Mariana lib. 4. de regimine Societatis, ait quod [illegible] *pientiſſimos Dominicanæ familiæ Theologos, potius* [illegible] *bat, ut purioris doctrinæ Antiſtites, quàm ſequi heſterna* [illegible] *Molinæ commenta.* Ibid.

Azorius lib. 4. inſtit. moral. cap. 21. qu. 2. hæc ſcribit [illegible] *juniores Theologi, fortaſſis ut voluntatem noſtram liberam* [illegible] *ant, faciunt ſacrilegam, dum negant Deum liberas* [illegible] *na prædefinire*, Diſp. 6. de ſcientia media n. 105.

Abſurdis & inconvenientibus ſcientia media [illegible] Ibidem n. 128. & ſeqq.

Convelluntur fundamenta ſcientæ mediæ. Ibidem [illegible] & ſequentibus.

*Scientia Chriſti.*

Chriſtus adhuc viator & in terris degens, vidit Divinam [illegible] ſentiam ſubindeq; habuit ſcientiam beatam, idque à primo [illegible] ſtanti conceptonis. Tomo 4. t. 1. in 3. p. d. 16. n. 1. & ſeqq.

Licèt anima Chriſti per ſcientiam beatam non cognoverit [illegible] Divina eſſentia omnes creaturas poſſibiles, cognovit [illegible] omnia præſentia, præterita, & futura. Ibidem n. [illegible] quentibus.

Præter ſcientiam beatam fuit in anima Chriſti ſcientia [illegible] ſa, eaque duplex, una ſupernaturalis, & alia naturalis. [illegible] d. 17. n. 2. & ſequentibus.

Ad quæ objecta ſcientia infuſa ſupernaturalis ſe extendat [illegible] ibidem n. 29. & ſequentibus declaratur.

Præter ſcientiam beatam & infuſam, conſtituenda [illegible] ma Chriſti Domini ſcientia per ſe acquiſibilis, quam [illegible] propriis actibus ſibi comparavit, nec à Deo ſolùm per [illegible] nem accepit. Ibidem d. 18. n. 3. & ſeqq.

Triplex eſt modus intelligendi in anima Chriſti, [illegible] diverſus, triplici ejus ſcientiæ correſpondens nempe, modus intelligendi per eſſentiam divinam gerentem vices ſpeciei in[illegible] telligibilis, qui competit ſcientiæ beatæ: modus cognoſcendi per ſpecies à Deo inditas, qui convenit ſcientiæ infuſæ, [illegible] nique modus intelligendi per ſpecies à phantaſmatibus [illegible] ctas, qui proprius eſt ſcientiæ acquiſitæ. Primus modus [illegible] ligendi eſt Divinus; ſecundus, Angelicus; tertius, [illegible] Ibidem n. 40.

Chriſtus nihil ab Angelis didicit. Ibid. n. 41

Quomodo verò intelligi debeat id quod dicitur [illegible] ipſum fuiſſe ab Angelo confortatum, inſtante paſſione [illegible] dem n. 42. declaratur.

*Scriptura Sacra.*

Nomina & elogia, quibus Scriptura Sacra [illegible] gnitur. Tomo 4. t. 10. d. 1. n. 3.

Diviſio Scripturæ Sacræ Ibidem n. 6.

Variæ Scripturæ editiones. Ibid. n. 10.

De editione vulgata, ejuſque in Eccleſia authoritate [illegible] dem n. 14.

Explicantur quædam antilogiæ, ſeu contradictiones app[illegible] tes, quæ in variis Scripturæ locis reperiuntur. Ibid. n. 19. [illegible]

*Senſus compoſitus & diviſus.*

Senſum compoſitum & diviſum perperam interpretantur [illegible] rez, Leſſius, Molina, Coninck, Vazquez, & Petrus à S. J[illegible] dicunt enim, ſenſum compoſitum, ut explicatur à Thom[illegible] eſſe quando motio Divina, & gratia efficax, cum ipſa volun[illegible] te componitur & conjungitur, diviſum vero, quando [illegible] dividitur & ſeparatur. Qui modus explicandi, ut Calviniſ[illegible] ab omnibus Thomiſtis reijcitur, ut fatetur Pater Ann[illegible] libro de libertate incoacta contra commentatorem cap. [illegible] ubi de Janſenianis ait *Quem ex Thomiſtis dabunt, qui* [illegible] *nem ſenſus compoſiti & diviſi ſic interpretetur, ut ſenſu* [illegible] *tatem à Deo motam poſſe diſſentire, quandiu illa motio* [illegible] *advenerit alia?* Tomo 2. t. 5. d. 6. n. 50. & ſeqq.

Veram & germanam hujus celebris diſtinctionis explicatio[illegible] nem & intelligentiam, tradunt Bannez, Alvarez, Gonzalez [illegible] alii. Ibid. n. 56.

Diſtinctio ſenſus compoſiti & diviſi, ita celebris & antiqua eſt, ut D. Thomas qu. 6. de verit art. 4. ad 8. aſſerat quod illa communis erat ſuo tempore, eaque communiter utebantur Theologi ad conciliandam libertatem cum prædeſtinatione. Ibidem n. 62.

Hanc diſtinctionem tradit Venerabilis Beda in axiomatibus Philoſophicis ex Ariſtotele collectis, littera O. Ibid.

*Seraphin*

Seraphin dicitur à verbo hebraico *Saraph*, quod latinè [illegible] cendere dicitur. Unde Dionyſius, Seraphinos appellat [illegible] ſeu *ignitos*, Cyrillus Alexandrinus [illegible] *tes*, Chryſoſtomus [illegible] id eſt *ignea* [illegible] Gregorius magnus. *Tantò magis ardent, quantò Deum* [illegible] *vident. Horum profectò flamma amor eſt, quia quò ſubtilius* [illegible] *tatem Divinitatis aſpiciunt, eò validius in ejus amore flam*[illegible] *cunt*. Tomo 2. t. 7. d 16. n. 10

*Servitus*

Tribus modis aliquis poteſt eſſe ſervus, primò, nativitate, ut cùm de ancilla naſcitur; ſecundò jure belli, quo juſtè captus, [illegible] ſervus

ſervus capientis, ejus morte in ſervitutem commutatâ. Tertiò, venditione, ut cum à ſeipſo vel ab alio venditur. Tomo 5. t. 8. d. 9. n. 9.

*Simonia.*

Falſa eſt quorundam Caſuiſtarum ſententia, qui aſſerunt, quod dare pecuniam, vel aliud quid temporale pro beneficio, ut motivum, quo voluntas collatoris ad illud conferendum inducatur, non eſt Simonia, ſi non detur in pretium beneficio æquale. Tomo 1. in diſſertatione de probabilitate, n. 143.

Simoniacus eſt, qui promiſsâ ſine intentione ſolvendi pecuniâ, ad Sacerdotium pervenit, quia pecuniâ parat ſibi viam ad rem ſpiritualem obtinendam. Ibidem n. 144.

*Sybillæ.*

Sybillas multi Patres, poſt Theophilum Antiochenum *Gentilium Prophetiſſas* appellant. Tanta fuit earum veneratio in orbe, ut multi exiſtimarint eas de cœlo lapſas, teſte Clemente Alexandrino lib. 1. Stromatum, qui etiam refert particulâ concionis D. Pauli, in qua fideles hortatur ad lectionem Sybillinorum voluminum. Tomo 4. t. 10. d. 1. n. 254.

Adeo familiare fuit olim Chriſtianis convincere Gentiles per oracula Sybillarum, ut proptereà Sybillitæ appellarentur, teſte Origene lib. 5. contra Celſum. Ibidem.

Verſus Sybillarum de Chriſto, & præcipuis Chriſtianæ Religionis myſteriis. Ibidem n. 255.

*Syneſis.*

Syneſis eſt virtus bene judicativa de agibilibus, ſecundùm communes leges, & ideò eſt directiva communis juſtitiæ legalis. Gnome verò judicat de his in quibus deficit lex communis, à qua proinde dirigitur Epikeia, quæ eſt altior juſtitia, quàm legalis communiter dicta. Tomo 4. t. 11. d. 1. n. 8.

*Sobrietas.*

Sobrietas eſt ſpecies temperantiæ, quæ verſatur circa potum, non quemcumque, ſed inebriare valentem, & cerebrum perturbare, uti eſt potus vini. Hæc virtus licèt ſit omnibus neceſſaria, præcipuè tamen quinque generibus perſonarum, nempe juvenibus, mulieribus, ſenibus, Epiſcopis, atque Eccleſiæ miniſtris, & Regibus ac Magiſtratibus. Tomo 4. t. 11. d. 6. n. 8. & ſeqq.

*Sol.*

Plinius lib. 2. hiſt. de Sole ſic fatur: *Medius inter ſydera Sol fertur, ampliſſimâ magnitudine ac poteſtate, nec temporum modò terrarumque, ſed ſyderum etiam ipſorum, Cœlique rector. Hunc mundi eſſe totius animum, ac planius mentem; hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet; quia hic ſuum lumen cæteris quoque ſyderibus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens.*

*Spes.*

Spes eſt propriè virtus, licèt, prout eſt informis, & à charitate ſeparata, modum ac ſtatum perfectæ virtutis non habeat. Tomo 4. t. 1. d. 9. n. 2.

Objectum formale quod ſpei, eſt ſola beatitudo æterna, non autem alia bona naturalia, vel ſupernaturalia quæ à Deo ſperamus, quæ ſunt tantùm objecta ſecundaria & materialia illius. Ratio vero formalis ſub qua, eſt omnipotentia Divina, ſive Deus, ut auxilians, non verò arduitas objecti ſperati, vel ejus bonitas, ut nobis conveniens, & amabilis amore concupiſcentiæ. Ibidem n. 8. & ſeqq.

Habitus ſpei Theologicæ non remanet in Beatis & comprehenſoribus. Ibidem n. 66.

Si Deus alicui ſuam damnationem revelaret, ille poſſet quidem adhuc deſiderare & concupiſcere beatitudinem, non tamen illam ſperare, ſubindeque ex præcepto ſpei non teneretur ſperare illam. Ibidem n. 76.

Hujus virtutis elogia & prærogativæ, initio diſputationis ante numerum 1. recenſentur.

*Sponſalia.*

Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio, unde in hoc diſtinguuntur à matrimonio, quòd matrimonium eſt contractus per verba de præſenti expreſſus; ſponſalia verò contrahuntur per verba de futuro, ut, accipiam te in virum. Tomo 5. t. 8. d. 3. n. 2.

Licèt poſt Tridentinum matrimonia clandeſtina irrita ſint, ſponſalia tamen clandeſtina valida ſunt; matrimonium verò clandeſtinum, Tridentini lege irritum, non habet vim ſponſalium. Ibidem n. 7. & ſeqq.

Ætas à jure requiſita pro contrahendis ſponſalibus, eſt ſeptennium; ſi tamen ante ſeptennium contrahentes habeant uſum rationis ſufficientem, & tunc malitia ætatem ſuppleat, ſponſalia valida erunt. Ibidem n. 18. & ſeqq.

Reſolvuntur plures difficultates de obligatione ex ſponſalibus proveniente. Ibid. n. 29. & ſeqq.

Quibus de cauſis ſponſalia diſſolvi poſſunt, Ibidem n. 58. & ſequentibus declaratur.

*Status naturæ humanæ.*

De feliciſſimo ſtatu innocentiæ, & donis ac privilegiis ei annexis. Tomo 2. t. 8. d. 1. n. 25. & ſeqq.

In eo ſtatu fuiſſent homines propagati per naturalem generationem, & meliùs fuiſſet reſpectu uniuſcujuſque perſonæ matrimonium contrahere, quàm virginitatem ſeu continentiam conſervare. Ibidem n. 60. & 61.

Non fuiſſet in eo ſtatu eſus carnium, aut potus vini, reſpectu hominis. Animalia tamen, quæ nunc ſunt carnivora, ab exordio mundi, & in ſtatu innocentiæ, carnibus in cibum uſa eſſe, probabiliùs eſt. Ibidem n. 62. & ſequentibus.

Juſtititia originalis, quæ Adamo in ſtatu innocentiæ, pro ipſo & ejus poſteris fuit collata, non erat habitus realiter diſtinctus à gratia ſanctificante. Ibidem n. 67. & ſequentibus.

Status naturæ integræ formaliter conſtituitur per vigorem, appetitum ſenſitivum rationi perfectè ſubjicientem; unde diſtinguitur à ſtatu innocentiæ, qui vigorem illum includit quidem, aut ſupponit, ſed præter illum, alia importat dona & privilegia, nempe immortalitatem, indolentiam, immunitatem ab omni errore & deceptione, & ſimilia. Ibidem d. 3. n. 2. & ſeqq.

Homo in ſtatu naturæ lapſæ, non habens peccatum actuale, ſed tantùm originale, non eſt debilior ad bonum morale, quàm eſſet in ſtatu naturæ puræ. Ibidem d. 4. n. 46.

In quo differat gratia ſtatûs naturæ lapſæ, & per Chriſtum reparatæ, à gratia ſtatûs innocentiæ d. 5. n. 13. & ſequentibus.

Primus parens, atque adeò totum genus humanum, potuit ante peccatum à Deo creari ſine gratia gratum faciente, ſubindeque non ordinari ad claram Dei viſionem, & beatitudinem ſupernaturalem. Ibidem d. 6. n. 4. & ſeqq.

De potentia Dei ordinaria, providente ſingulis rebus, juxta illud, quod naturaliter exigunt, potuit homo, etiam ante lapſum Adami, creari in ſtatu naturæ puræ, quoad dona integritatis & immortalitatis, ſive cum inclinatione effrœni & rebelli partis ſenſitivæ adversùs rationem, & cum neceſſitate moriendi. Ibid. n. 16.

*Studioſitas.*

Studioſitas duo habet præcipua munera: unum eſt frœnandi ac temperandi ſcientiæ deſiderium, quo naturâ duce omnes ad cognitionem rerum & delectationem ex ea comparandam impellimur. Alterum eſt excutiendi pigritiam & torporem, quo plures retrahuntur à ſtudio, & à neceſſariarum rerum cognitione præpediuntur. Tomo 4. t. 11. d. 6. n. 30.

*Subtilitas.*

Subtilitas eſt dos corporis glorioſi, cujus præcipuus effectus erit, corpus glorioſum ab omni terrenæ labis concretione & craſſitie reddere liberum, ipſumque quaſi cœleſte & ſpirituale efficere. Præterea dabit corpori glorioſo vim penetrandi omnia alia corpora, ſed hunc effectum non præſtabit efficienter & activè, ſed moraliter tantùm, quatenus ad ejus præſentiam, & in ſignum talis dotis, præſtabitur penetratio illa à Deo, ad voluntatem Beati.

*Superbia.*

Superbia eſt inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, vitium capitale, ſeu potiùs omnium aliorum fons & origo, & ut loquitur Caſſiodorus, *omnium malorum mater, ſcelerum fons, vena nequitiæ.* Tomo 4. t. 11. d. 7. n. 36.

Quatuor ſunt quæ trahunt ſuperbiæ currum, ut exponit Hugo Victorinus de clauſtro animæ lib. 1. cap. 6. Ibidem n. 37.

*Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet ſuum vermem: alius eſt vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici, Vermis divitiarum ſuperbia.* Auguſtinus ſerm. 5. de verbis Domini cap. 9. Ibidem.

## T

*Temperantia.*

Temperantia eſt virtus, quæ habet refrœnare appetitum ſenſitivum in concupiſcentiis & delectationibus corporalibus, quæ maximam vim habent deducendi à bono rationis. Unde materiale objectum illius ſunt delectationes corporeæ, non tamen omnes, ſed illæ duntaxat, quæ ex cibo & potu, & rebus venereis percipiuntur. Objectum verò formale eſt bonitas ſeu honeſtas ſpecialis, quæ reperitur in eo quòd homo delectationibus ciborum & venereorum moderatè utatur, & ſecundùm præſcriptum rationis. Tomo 4. t. 11. d. 4. n. 1. & ſeqq.

Hujus virtutis laudes eleganter deſcribit S. Proſper lib. 2. de vita contemplat. cap. 19. Ibidem ante numerum 1.

Partes ſubjectivæ ſeu ſpecies temperantiæ, ſunt abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, & pudicitia. Ibidem n. 6.

*Theologia.*

Theologia, etiam prout eſt in nobis viatoribus, eſt verè & propriè, ac ſubſtantialiter ſcientia, licèt defectu evidentiæ actualis, quâ caret in hoc ſtatu, non ſit perfectè ſcientia, ſed in ſtatu imperfecto & præternaturali. Tomo 1. diſp. procemiali num. 2.

Eſt propriè ſubalternata ſcientiæ Dei & Beatorum, ſubindeque remanet in patria. Unde Hieronymus in Epiſt. ad Paulinum: *Talem ſcientiam diſcamus in terris, quæ nobiſcum perſeveret in cœlis.* Ibidem n. 11. & ſeqq.

Ejus objectum formale & ſpecificativum eſt Deus, ſub ratione Deitatis, ut cadit ſub revelatione virtuali: ita quòd ipſa Deitas ſit ratio formalis *qua*, revelatio verò divina, virtualis & mediata, ratio formalis *ſub qua*; objectum vero materiale extenſivum & terminativum, quodcunque revelatum à Deo. Ibidem n. 22.

Theologia hæreticorum ſpecie diſtinguitur à noſtra, quia noſtra deducit ſuas concluſiones ex principiis fide divinâ cre-

ditis, & habet pro ratione formali ſub qua revelationem virtualem; Theologia vero hæreticorum deducit ſuas concluſiones ex principiis fide ſolùm humanâ creditis, nec habet pro ratione formali revelationem Divinam, ſed traditionem humanam; unde illa eſt potiùs fides humana, vel opinio, quàm ſcientia. Ibid. n 33.

Theologia eſt una ſpecie infimâ ſcientia, nec dividitur in plures habitus partiales, ſpecie diverſos. Ibidem n. 35.

Eſt eminenter formaliter ſpeculativa & practica. Ibid. n. 41.

Certior eſt, etiam ut eſt in nobis viatoribus, quâlibet ſcientiâ & habitu ordinis naturalis, non tamen quoad nos; cùm enim certitudo ſcientiarum naturalium ſit conjuncta cum evidentia & claritate, eſt magis connaturalis & proportionata intellectui humano, magisque illum ſatiat & quietat, quàm certitudo fidei & Theologiæ, quæ eſt conjuncta cum obſcuritate & inevidentia Ibidem n. 53.

Licèt habitus Theologiæ ſit extrinſecè & objectivè, vel radicaliter & originativè ſupernaturalis, quia verſatur circa objectum ſupernaturale, & dependet ab habitu fidei, in quo tanquam in ſemine vel radice continetur; intrinſecè tamen, & ſecundùm ſuam entitatem, naturalis eſt. Ibidem n. 61. & ſequentibus.

Theologia noſtra verè & propriè eſt ſapientia. Ibidem n. 75.

Eſt argumentativa, & ex duodecim locis ſua argumenta depromit. Ibidem n. 79. & ſequentibus.

Scriptura ſacra convenienter utitur metaphoris ſeu ſimilitudinibus: *Quemadmodum enim* (inquit Auguſtinus) *multa per vitrum aut ſuccina pellucent jucundiùs; ita magis delectat veritas, per imagines & ſymbola cellucens.*

Duplex eſt ſenſus Scripturæ; unus hyſtoricus ſeu litteralis; alter ſpiritualis ſive myſticus, qui tres alios continet, nempe allegoricum moralem, & anagogicum. Ibidem n. 85. & ſeqq.

Theologia Scholaſtica Eccleſiæ utiliſſima eſt, ut declarat Martinus I in Epiſt ad Conſtantinum Imperatorem dicens: *Theologiam thus purum & eximium, & optimi odoris eſſe, mirrham conſervatricem bonorum, & contrariorum expultricem doctrinam.* Ibidem n 94.

Præcipuæ Theologiæ dotes ſeu prærogativæ, ibidem n. 98, & ſequentibus exponuntur.

*Timor.*

Petrus Cellenſis lib. de panibus cap. 14. hæc ſcribit: *Quaſi quidam cuſtos ſuper innumerabiles gazas, ſic timor in ultimo cariſmatum ponitur ad conſervandas incomparabiles gratias. Gemma pretioſiſſima pietas, ſed facile ab impietate ſubripitur, niſi timore cuſtodiatur, &c.*

Iſaiæ 25. verſu 18. ubi vulgata habet: *Peperimus ſpiritum, ſalutes non fecimus in terra.* Septuaginta ſic legunt: *A timore tuo Domine concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus ſpiritum ſalutis,* id eſt pœnitentiæ ſalutaris, ut interpretatur D. Thomas 3. p. qu. 85, art. 3. in argumento ſed contrà, Tomo 4. t. 9 d. 1. n. 163.

Duo pedes Dei, qui ſunt miſericordia & juſtitia, à pœnitente per fiduciam de Divina miſericordia, & juſtitiæ ſuæ timorem oſculandi ſunt, ut more ſuo eleganter & piè meditatur D. Bernardus. Similiter D. Gregorius 33 Moral. cap. 11. explicans illud Deuteron 24. *Non accipies loco pignoris ſuperiorem aut inferiorem molam,* ſic ait: *Superior & inferior mola eſt ſpes & timor; ſpes quippe ad alia ſubvehit, timor autem cor inferiùs premit: Sed mola ſuperior & inferior ita ſibi junguntur, ut una ſine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaque pectore inceſſanter debent ſpes & formido conjungi: quia incaſſum miſericordiam ſperat, ſi non etiam juſtitiam timeat; incaſſum juſtitiam metuit, ſi non etiam de miſericordia confidat.* Ibidem.

Donum timoris fuit in Chriſto quoad actum primarium, qui eſt ſubjectio reverentialis ad Deum, ob divinam eminentiam, ut potentem infligere malum. Idem dicendum de Angelis beatis, juxta illud Job: *Columnæ cœli pavent & contremiſcunt ad nutum ejus.* Ubi per columnas cœli intelliguntur Angeli beati, ut explicat Gregorius 17. moral. cap. 15. dicens: *Columnæ cœli contremiſcunt, & pavent ad nutum ejus: ipſæ enim virtutes Cœleſtium, quæ Deum ſine ceſſatione conſpiciunt, in ipſa contemplatione contremiſcunt. Sed idem timor, ne eis pœnalis ſit, non timoris eſt, ſed admirationis, quia ſcilicet admirantur Deum ſupra ſe exiſtentem, & in eis incomprehenſibilem,* Tomo 4 t. 1. in 3 p. d. 12. n. 109.

*Traditio.*

Præter Scripturam aliquæ admitti debent Traditiones non ſcriptæ, ad regulam fidei pertinentes. Tomo 4 t. 10 d. 4 n. 30.

In ſtatu legis naturæ & ſcriptæ, fuerunt aliquæ Traditiones. Ibidem n. 40.

In ſtatu etiam legis gratiæ, plures dantur Traditiones obſervatæ in Eccleſia, quæ ex Gravina recenſentur. Ibidem n. 43 & ſeqq.

*Tribulatio.*

In tribulationibus juſtorum mirum in modum divina relucet providentia, plures enim ex illis percipiunt utilitates & fructus, ut paſſim docent ac declarant SS Patres. Unde Demetrius quidam Philoſophus, relatus à Seneca lib. de providentia, dicebat, *nihil ſibi videri infœlicius eo cui nihil advenit adverſi.* Cui concinit Boetius lib. de Conſolat. dicens, *infœliciſſimum infortunii genus eſſe, ſemper fuiſſe felicem.* Tomo 1 t 4 d... ſeqq. ubi lege plura & egregia SS. Patrum teſtimon...

Inter ſigna prædeſtinationis præcipuum eſt ſ... næ adverſitas, & afflictio pro Chriſti nomine æquo animo ... rata. Tomo 2. t 5. d. 4. n. 20.

Electi *filii excuſſorum* à Regio vate appellantur, quia ... eos Deus per flagella excutit, quaſi ſagittas in cœlum ... tit. Ibidem.

Tertullianus in Scorpiaco cap. 6. ait: *Dilectio ...* *martyrem Deo excudit,* quia ſicut moneta ut valorem ... debet notari ſigillo Principis; ita Electi, ut ad Regnum ... admittantur, debent in Chriſto per tormenta & tribu... ſigillari, unde à Paulo ad Epheſ. 1. *in Chriſto ſignati ...* Hinc Tertullianus in Apologetico irridens Gentiles, qui ... & lapides ſculpebant & ſecabant, ut idola conficerent: *hac,* inquit, *cauſatur aliqua Divinitas: Ergo qui patiuntur ... ſecrantur, & numina erunt dicenda ſupplicia.* Ibidem.

*Trinitas.*

Præcipui Hæreticorum errores circa myſterium Trini... tis referuntur ac refelluntur. Tomo 2. t. 6 d. proœmiali ... ſeqq.

Licèt in creaturis aliqua reluceant veſtigia Trinitatis, ... his tamen ſecluſâ Dei revelatione, non poſſumus in hujus ... ſterii notitiam devenire, & multo minus illud demonſtr... Unde Dionyſius lib. .de divin. nomin. *Nullus numerus, ... nitas, aut foecunditas, aut aliud quippiam aperuit arcanum ... Divinitatis quod omnem rationem ſuperat & intelligentiam ...* Ezech 10. Thronus Sanctiſſimæ Trinitatis dicitur eſſe ... ſuper quatuor animalium capita, quia (ut interpretantur ... ctores) hujus myſterii ſublimitas, quadruplicis cogn... creatæ gradus tranſcendit; ſenſitivæ, ſcilicet, per bo... phantaſiæ, per leonem; rationalis, per hominem; & ang... per aquilam figuratæ. Ibidem d. 7. n. 2. & ſeqq.

Alia ad ineffabile myſterium ſpectantia, explicantur ... *proceſſio, relatio, perſona divina, &c.*

*Throni.*

Throni ſunt Angeli primæ Hierarchiæ, qui Deum ... unt ut peculiariter in eis ſedentem, & in illuminationibus ... ultimatè quieſcentem. Unde Deum quodammodo porta... θεοφόροι vocantur. Tomo. 2. t. 7 d. 16. n 10.

Throni dicuntur propter quatuor convenientias ... materiales, quia elevantur ſuper terram, firmantur, ſede... ſuſcipiunt, & apertæ ſunt deſuper. Ibidem.

V

*Vbiquiſtæ.*

HÆretici quidam ex Lutheranorum grege, ſæculo ... denti orti ſunt, & nomine deſumpto à ſua hæreſi Ubiq... appellati; affirmant enim, animam Chriſti, & totam ejus ... manitatem, taliter eſſe Verbo unitam, ut eſſet ubique, ſicut ... Divinitas. Qui error manifeſtè repugnat variis Scripturæ ... cis, quibus aſſeritur, Chriſtum non fuiſſe ubique, ſed de uno ... alium locum tranſmigraſſe. Tomo 4. t. 1 in 3. p. d. 19 n. 6. & ſ...

*Verecundia.*

Verecundia non eſt virtus, quia poteſt compati cum aff... peccati, eſt enim timor vituperii ſeu opprobrii, quod immi... vel naſcitur, ſi turpe factum committatur: qui timor non ... affectum peccandi, ſed tantùm vel externam ejus execu... nem impedit, vel ſaltem publicam, licèt non occultam. ... accidere eſt illi quod peccatum deſtruatur, dum ponitur. To... mo 5. t. 3 d. 2. n. 16.

*Vindicatio.*

Vindicatio eſt virtus juſtitiæ annexa, quæ habet malum ... næ pro malo culpæ rependere, idque ut rectus ordo ſervetur, ... & quod extra ordinem recti per culpam prolapſum eſt, ad ... lum per pœnam revocetur. Id huic virtuti peculiare eſt, quod ... perſona in qua reſidet, non poſſit per ſeipſam conſummare ... ctionem propriam, quia materia ejus eſt malum pœnæ, quod ... nullus privatâ authoritate infligere poteſt; unde executio vin... dicativæ juſtitiæ, ſolùm debet fieri à judice, cui eſt authoritas ... puniendi malefactores. Tomo 4. t. 11. d. 4. n. 7.

*Violentia.*

Violentum eſt illud quod eſt à principio extrinſeco, ... non conferente vim. Quæ ultima verba non ſolùm negat... ſunt intelligenda, quaſi ſufficiat ſubjectum cui vis infertur, ... cooperari motui violento; ſed etiam poſitivè & contrariè ... ut paſſum poſitivè renitatur, & agenti extrinſeco reſiſtat. To... 3. t. d. 1. n. 55.

Hæc quatuor nomina, neceſſarium, violentum, coactum, ... voluntarium, quæ interdum confunduntur, inter ſe differunt, ... ſecundùm diverſas formalitates quas exprimunt. Ibidem ...

Per nullam potentiam poteſt inferri violentia in actus ... luntatis ab ea elicito, imò nec quoad actus quos imperat ... mul elicit, bene tamen quantum ad actus ab ea quidem impe... ratos, ſed ab aliis potentiis ei inferioribus elicitos. Ibidem & ſeqq.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non ſolùm voluntas, ſed nec ulla creatura, poteſt pati violentiam à Deo: *Deus enim* (inquit Auguſtinus) *Creator & Conditor omnium creaturarum, nihil contra naturam facit: id enim eſt cuique naturale, quod ille facit, à quo eſt omnis numerus, motus, & ordo naturæ*. Ibidem n. 82.

Violentia cauſat involuntarium ſimpliciter, quia violentia directè opponitur voluntario, cùm violentum ſit ab extrinſeco, voluntarium verò ab intrinſeco. Unde Chriſtianas fœminas, quæ per Gotticam irruptionem Româ captâ, vim à Barbaris perpeſſæ fuerant, ſolatur Auguſtinus lib. 1. de civit cap 17 quòd *inconcuſsâ ac ſtabili permanente virtute, quidquid alius de corpore vel in corpore fecerit, quod ſine peccato proprio non valeat evitari, præter culpam ſit patientis*. Ibidem n. 90.

*Virginitas.*

Virginitatis nomen à virore deducitur, nam ſicut illud dicitur virens, quod non eſt ex abundantia caloris aduſtum; ita quæ concupiſcentiæ aduſtionem per veneream delectationem & operationem expertæ non ſunt, Virgines vocantur, quaſi in ſuo nativo virore perſiſtentes. Tomo 4. t. 11 d. 6 n 15.

Pulchritudo excellentiſſima Virginitati ſpecialiter tribuitur, cujus egregiam rationem aſſignant Salmanticenſes. Ibidem.

Virginitatis laudes & prærogativæ ex ſanctis Patribus. Ibid. n. 17.

Lilium inter cæteros flores eſt ſymbolum Virginitatis, ut egregie declarat Paraldus Epiſcopus Lugdunenſis, in ſumma virtutum & vitiorum. Ibidem n. 18.

*Virtus.*

Quatuor ſolent tradi definitiones virtutis: Prima ex Auguſtini doctrina deſumpta, traditur à Magiſtro diſt. 27. & eſt hujusmodi: *Virtus eſt bona qualitas mentis, quâ rectè vivitur, quâ nullus malè utitur, quam Deus in nobis, ſine nobis operatur*. Secunda ſumitur ex Ariſtotele 2 Ethic. cap. 6 ubi ait, quòd *virtus eſt habitus, qui bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit*. Tertia habetur apud eundem Philoſophum ibidem dicentem, quòd *virtus eſt habitus electivus, in mediocritate conſiſtens, prout ſapiens & prudens dictaverit*. Quarta demùm ſumitur ex eodem Ariſtotele 3. Phyſic. textu 3. ubi virtus dicitur *diſpoſitio perfecti ad optimum*, id eſt diſpoſitio conſtituens perfectum, ſeu complens potentiam in ordine ad actum eliciendum. Tom. 3. t. 4. d. 1. n. 37. & ſeqq.

Virtutes aliæ ſunt intellectuales, quæ reſident in intellectu, nimirùm habitus primorum principiorum, ſapientia, ſcientia, ars, & prudentia: aliæ morales, quæ ſubjectantur in voluntate, ut juſtitia, & in appetitu ſenſitivo, ut fortitudo & temperantia. Non ſunt tamen ponendæ virtutes in voluntate, in ordine ad bonum connaturale proprii ſuppoſiti, ſed ſolùm in ordine ad bonum ſupernaturale, vel bonum naturale alienum, Ibidem d. 2. & 3.

Præter virtutes morales acquiſitas, neceſſariò admittendæ ſunt virtutes morales per ſe infuſæ. Ibidem d. 4. n. 2 & ſeqq.

Virtutes omnes morales conſiſtunt in medio, & ita inter ſe connexæ ſunt, ut qui unâ caret, nullam perfectè habeat Ibidem d. 5. n. 3. & ſequentibus.

Virtutes morales acquiſitæ, à charitate ſeparatæ, ſunt quidem veræ virtutes, ſed non ſimpliciter & perfectè tales. Ibidem n. 44. & ſeqq.

Error Stoicorum aſſerentium omnes virtutes eſſe inter ſe æquales, nec intendi poſſe, nec remitti, ibidem n. 59. confutatur.

Virtutes intellectuales præeminent moralibus, quia illæ perficiunt intellectum, iſtæ appetitum, qui eſt minùs nobilis, quàm intellectus. Ibidem n. 60.

Quæ autem ex virtutibus moralibus præcellat aliis, ibidem n. 61. declaratur.

*Viſio beatifica.*

Nullus intellectus creatus ex propriis viribus poteſt clarè & intuitivè videre Deum. Unde Iſaiæ 6. dicitur: *Vidi Dominum ſedentem in ſolio excelſo*: quaſi tranſcendentem proportionem & vires cujusvis intellectûs creati, etiam angelici. Quare Dionyſius cap. 1. de divin nomin. tribuit elevationi ſupra naturam, quòd Angeli Deum videant, & ait, *eos conſtanter & immobiliter ad illucentem ſibi radium attolli, & congruo permiſſarum ſibi illuminationum amore, velut in altum pennis ſublevari*. Tomo 1. t. 2. d. 1. n 3 & ſeqq.

Repugnat dari ſubſtantiam ſupernaturalem completam, cui viſio beatifica ſit connaturalis, & à qua lumen gloriæ dimanet tanquam proprietas. Ibidem n. 16.

Intellectus creatus poteſt ſupernaturaliter elevari ad videndum Deum, juxta illud Anſelmi: *Deus inacceſſibilis cùm ſit noſtris viribus, acceditur ad eum ſuis muneribus*. Ibidem n. 41.

Viſio beatifica eſt perfectiſſima operatio creaturæ intellectualis, cum ſit participatio majoris excellentiæ divinæ, plus gloriæ Deo conferat, & plus nobilitatis & perfectionis ipſi creaturæ. Ibidem n. 43.

Chryſoſtomus non negavit poſſibilem eſſe viſionem Dei quidditativam, ſed duntaxat comprehenſivam, quam ſibi Anomæi arrogabant, quidquid in contrarium dicat Vazquez. Ibid. n 30.

Nec oculus corporeus, nec ullus ſenſus internus vel externus, poteſt ſupernaturaliter ad videndum Deum elevari. Ibid. n. 58. & ſeqq.

Poſſibilitas viſionis Dei, ut eſt in ſe, ſolo lumine naturali demonſtrari nequit, aut evidenter cognoſci. Ibid. n. 64. & ſeq.

In homine ſecundùm ſe conſiderato, ſolùm eſt capacitas ſeu potentia obedientialis, reſpectu viſionis beatificæ, non verò appetitus innatus, imò nec elicitus efficax. Ibid. n. 85. & ſeq.

Nec datur nec poſſibilis eſt in viſione beatifica ſpecies aliqua creata, impreſſa, vel expreſſa: unde eſſentia Divina unitur intellectibus Beatorum per modum ſpeciei impreſſæ, ſubindeque activè concurrit ad claram Dei viſionem. Habet etiam aliquo modo rationem ſpeciei expreſſæ, ſeu verbi, non tamen propriè, ſed ſolùm communiter & impropriè dicti, cùm eſſentia Divina ab intellectu beato non ſit expreſſa, nec terminus per illam productus Ib. d. 2. n. 11. & ſeq.

Deus ſummum & indeficiens lumen, nunquam ſine lumine videri poteſt, nam ut author naturæ, naturalis rationis lumine percipitur; ut author gratiæ, in hac mortali vita, obſcuro fidei radio cognoſcitur; in patria verò non niſi lumine gloriæ clarè & intuitivè à Beatis videri poteſt, de quo Job. 36. dicitur: *in manibus ſuis abſcondit lucem*. Ibidem d. 3 n. 2.

Lumen gloriæ propter tria requiritur, nempe ut diſponat intellectum creatum ad unionem eſſentiæ Divinæ, per modum ſpeciei intelligibilis, ut ipſum elevet ad viſionem Dei eliciendam, & diſponat ad recipiendam viſionem beatificam. Ibidem n. 9. & ſeq.

Repugnat intellectum creatum videre Deum ſine lumine gloriæ, per modum habitus, vel auxilii communicato. Ibidem n. 18. & ſequentibus.

Potentia obedientialis proximè & immediatè activa effectuum ſupernaturalium, & ſingulis rebus creatis à natura congenita, chimerica eſt, & totum ordinem gratiæ deſtruit. Ibidem n. 28. & ſeq.

Lumen gloriæ eſt minus perfectum gratiâ ſanctificante, eſt tamen nobilius & perfectius charitate. Ib. n. 40.

Intellectus creatus, lumine gloriæ perfuſus, producit efficienter viſionem beatificam, ut vera cauſa ſecunda principalis, & non ut merum inſtrumentum Dei. Ib. n. 48. & ſeq.

Viſiones Angelorum & hominum non differunt inter ſe ſpecie eſſentiali. Ib. d. 4. n. 1. & ſeq.

Inæqualitas intenſiva, quæ eſt in viſionibus beatificis, á ſola inæqualitate luminis gloriæ derivatur. Ibidem n. 11. & ſequentibus.

Beati, nec Deum comprehendunt, nec ipſum, etiam de potentia abſoluta, comprehendere poſſunt. Ibidem n. 25. & ſequentibus.

Beati vident omnia quæ ſunt in Deo formaliter & neceſſariò, ut eſſentiam, attributa, & relationes; imò repugnat poſſe videri Divinam eſſentiam ſine attributis & relationibus; aut attributa & relationes, ſine eſſentia; vel unam perſonam Sanctiſſimæ Trinitatis, ſine aliis. Ib. d 5. n. 2. & ſeq.

Quomodo viſio beata penetret libera Dei decreta. Ib. n. 37. declaratur.

Beati vident creaturas poſſibiles in Deo tanquam in cauſa, & medio priùs cognito. Ibid. n. 49. & ſeq.

Licet repugnet videri omnes creaturas poſſibiles in verbo, ſeu in eſſentia Divina tanquam in cauſa, non implicat tamen, totam poſſibilium collectionem, extra verbum quidditativè cognoſci. Ibidem n. 61. & ſeq.

Non repugnat quod Deus ut eſt in ſe videatur, nullâ viſâ creatura poſſibili in particulari. Ibidem n. 81 & ſeq.

Quas creaturas de facto Beati videant in verbo, & unde diverſitas eas videndi proveniat, ibidem n. 86. & ſeq explicatur.

Viſio beatifica non menſuratur nec ævo, nec æternitate eſſentiali, ſed æternitate participata. Ibid. d. 6. n. 6. & ſeq.

*Vitium.*

Vitium & peccatum, quamvis conveniant in hoc quod deviant à regula, differunt tamen in hoc, quod vitium deviat à regula, per modum actus primi inclinantis ad actionem deordinatam; peccatum verò deviat per modum actus ſecundi. Tomo. 3. t. 3. d. 1. n. 1.

Licet aliqua vitia propriè & directè contrarientur virtutibus moralibus acquiſitis, non tamen virtutibus moralibus infuſis. Ibidem n. 4. & ſeq.

Omnia vitia, tam ea quæ virtutibus acquiſitis, quàm quæ infuſis opponuntur, ſunt contra naturam hominis. Ibidem n. 21. & ſequentibus.

Vitia oppoſita prudentiæ, & virtutibus ipſi annexis. Tomo 4. t. 11. d 7. n. 1. & 2.

Vitia oppoſita juſtitiæ Ibidem n. 3.

Vitia oppoſita Religioni. Ibidem. n. 5.

Vitia oppoſita aliis partibus potentialibus juſtitiæ. Ibid. n. 7. & ſeq.

Vitia oppoſita fortitudini, & partibus potentialibus illius. Ibidem n. 16. & ſequent.

Vitia oppoſita temperantiæ, & partibus ejus ſubjectis, nimirum abſtinentiæ, ſobrietati, caſtitati, & pudicitiæ. Ibidem n 21. & ſeq.

Vitia

Vitia oppoſita partibus potentialibus temperantiæ, Ibidem n.30. & ſeq.

*Voluntarium.*

Voluntarium eſt id quod procedit à principio intrinſeco cum cognitione finis. Tomo 3. t. 2. d. 1. n. 1.

Voluntarium eſt duplex, unum perfectum, & aliud imperfectum: primum reperitur in ſola natura intellectuali; ſecundum verò non ſolùm in hominibus, ſed etiam in brutis locum habet Ibidem n. 4.

Actus neceſſarii ex perfectione cognitionis, ut amor beatificus, per claram Dei viſionem regulatus, ſunt magis voluntarii, quam actus liberi. Ibidem n. 9. & ſeq.

*Voluntas Dei.*

Stando tam principiis fidei quam luminis naturalis, negari non poteſt, dari in Deo voluntatem. Tomo 1. t. 4. d. 1. n. 1.

Voluntas Divina in ordine ad volitionem eſſentialem non habet rationem potentiæ, ſed ſolùm ex modo noſtro ſignificandi & concipiendi res Divinas, per ſimilitudinem & analogiam ad res creatas. Ibidem n. 9. & ſeq.

Voluntas aut volitio Divina, non eſt de formaliſſimo conceptu, ſeu de conſtitutione metaphyſica Divinæ naturæ. Ibidem n. 24. & ſequentibus.

Objectum formale motivum & terminativum Divinæ voluntatis, eſt ſola bonitas Divina & increata, non autem bonum in communi, ut abſtrahit à creato & increato. Ibidem d. 2. n. 3. & ſequentibus.

Deus diligit propriam bonitatem neceſſariò; non ſolùm quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium; creaturas verò exiſtentes, aut futuras, non neceſſariò, ſed libere diligit, poſſibiles verò, nullo modo amantur à Deo. Ibidem n. 38. & ſeq.

Celebris eſt diviſio voluntatis Dei in antecedentem & conſequentem, quàm Theologi à Damaſceno, qui primus eam in Scholas induxit, acceperunt: Voluntas antecedens eſt illa quæ verſatur circa objectum, ut non veſtitum omnibus circumſtantiis quibus eſt executioni mandandum. Conſequens verò ea dicitur, quæ objectum inſpicit omni ſuâ circumſtantiâ veſtitum. Ibidem d. 4. n. 4.

Quid ſit voluntas beneplaciti & ſigni, ibidem n. 14. explicatur, ubi etiam quinque referuntur ſigna voluntatis Divinæ, ſcilicet operatio, permiſſio, præceptum, prohibitio, & conſilium. Ibidem n. 15.

Voluntas antecedens ſalvandi omnes homines, propriè & formaliter, & non tantum metaphoricè & eminenter in Deo reperitur. Ibidem n. 61.

Talis voluntas non dicitur conditionata, ex eo quod pendeat à conſenſu voluntatis humanæ tanquam à conditione, quam ſupponat vel expectet à libero arbitrio, ſed quia importat actum conditionatum, quo Deus vellet ſalutem omnium hominum, niſi hoc repugnaret ordini ſuæ providentiæ, & niſi ex hoc impediretur bonum univerſale ſuæ juſtitiæ, & manifeſtatio aliorum attributorum. Ibidem n. 87. & ſeq.

Per voluntatem antecedentem præparantur media & auxilia, quibus homines ſufficienter ordinantur & promoventur in vitam æternam. Ib. n. 100.

*Votum.*

Votum eſt promiſſio Deo facta, ad ejuſdem Dei cultum; unde ſi quis promittendo Deo perpetuam caſtitatem, nullo modo intenderet ejus honorem, ſed tantùm majorem commo[...] temporalem, aut aliquid aliud, non propriè voveret [...] promiſſio eſſet indiſpenſabilis ab Epiſcopo, ſicut eſt vo[...] tum perpetuæ caſtitatis. Tomo 4. t. 11. d. 3. n. 23.

Votum aliud eſt ſimplex, aliud ſolemne, primum eſt [...] tantùm promiſſio Deo facta, ſolemne verò ſupra promiſſio[...] addit traditionem & acceptationem; per illud enim [...] perſona voventis, & promittuntur actus ad obſervantiam [...] neceſſarii. Tomo 5. t. 8. d. 9. n. 27.

Votum ſimplex caſtitatis impedit ſolùm matrimonium con[...] trahendum, ſolemne verò matrimonium jam contractum [...] mit, idque jure naturæ Ib. n. 11.

Solemnitas voti eſt duplex, una ſubſtantialis & eſſen[...] conſiſtens in traditione ſui ipſius, facta in manu ſuperioris, [...] ſervandum ea quæ promittuntur, & acceptatione quam [...] nomine Dei. Altera accidentalis, quæ conſiſtit in quibuſdam ce[...] remoniis, cum quibus ex ſtatuto Eccleſiæ fit illa traditio & acce[...] ptatio. Ib. n. 23.

Summus Pontifex cum Religioſis profeſſis, ut matrimon[...] contrahant, diſpenſare nequit. Ib. n. 35. & ſeq.

Referuntur ac refelluntur variæ hiſtoriæ, quibus aſſer[...] Summum Pontificem in voto ſolemni caſtitatis aliquando [...] ſpenſaſſe. Ibidem.

*Uſura.*

Cùm pecunia ex ſe & ex natura ſua ſit ſterilis, non m[...] tra naturam eſt, ut quis ex ea fructum mediante fœnore [...] quàm ſi ex mula ex ſua natura ſterili, multum [...] Unde Ariſtoteles 1. Politic. cap. 7. relatus à D. Thoma 2. 2. [...] art. 1. ad 3. docet, quod uſuraria acquiſitio pecuniarum, [...] mè præter naturam, quia in fœnore nummus nummum [...] diſſert. de probabilit. n. 150

Contractus Mohatra, ſi fiat cum intentione lucri, & cum [...] revenditionis prævię inito, ut communiter fieri ſolet, [...] & manifeſta uſuræ palliatio. Ib. n. 151.

*Uſus.*

Præter electionem mediorum datur in voluntate noſtra [...] quo cæteras potentias applicat ad operandum, & uſus [...] pellatur: poſitâ enim electione, adhuc eſt nova difficultas [...] ris executionem, ut experientia conſtat, ſæpe enim conti[...] quem bene judicare de agendis, & rectè eligere, & tamen [...] in executione deficere, ut eleganter declarat D. Bernard[...] de conſiderat. cap. 1. his verbis: *Quoties vis, & incaſſum [...] moves, nec promoves? Quoties conaris, & non datur [...] & non obtines; parturis, & non paris; tentas, & [...] cipis, ibi deficis, & dum adhuc ordiris, ſuccidunt te. Venerunt [...] que ad partum, ait Propheta, & vires non habet parturiens* [...] 3. t. 2. d. 11. n. 1. & ſeq.

Z.

*Zelus.*

CHryſologus ſerm. 157. ait de S. Paulo: *Per zelum legis [...] gnabat legem; & in Deum, Dei amore peccabat.* Tomo [...] d. 9. n. 52.

*Zeno Veronenſis.*

Zeno Veronenſis Verbum Divinum in ſinu Patris reſid[...] *nobilem cordis Patris inquilinum* appellat. Tomo 2. t. 6. d. [...]

Ait etiam de Patre æterno generante Filium: *Lætatur [...] alio ſe, quem genuit ex ſe*, Ib. d. 10. n. 114.

FINIS.